non est dexter / oculus nō distribuitur cui⁹ negatio nō
fert vim ante se: sed post se.

¶ Condi-
ones spēs
les ad pri-
as reqñt̄
due.

Subcōtrarie sunt particularis affir-

matiua et particularis negatiua eiusdem subiecti et eiusdem predica-
ti / vt quidam homo currit. quidam homo non currit. Et dicunt̄ sub-
contrarie / quia ponuntur subcontrarijs sicut pars ponit̄ s̄ suo toto

Ad subcō-
trarias re-
quirunt due
pōditiones
speciales

¶ Prima: q̄ vna sit p̄ticularis vel indefinita affirmatiua: z alia particularis vel indefinita negatiua.

¶ Secūda: q̄ dando subcontrariā exclusiue affirmatiue non debet poni negatio ad copulam: sed ante totā p̄pōsitionem: ergo subcōtraria istius: t̄m̄ homo est animal: non est ista: tantum homo non est animal. Sed ista: non tantum homo est animal.

Contradictorie sunt vniuersalis affir-

matiua: z particularis negatiua. Vel vniuersalis negatiua z particularis affirmatiua eiusdem subiecti z eiusdem p̄dicati: vt omnis homo est animal: quidam homo non est animal: nullus homo est animal: quidam homo est animal. ¶ Contradictio est affirmatio z negatio vnius de eodem ad idem fm̄ idem: Similiter z in eodem tempore.

¶ Prima: q̄ affirmetur z negetur idem de eodem fm̄ rem z vocem simul: ex defectu cuius iste nō contradicunt. Marcus currit: Tullius non currit.

¶ Secūda: q̄ predicatū enūciat de subiecto ad idem comparato: ideo iste non contradicunt: Socrates est pater Platonis. Socrates non est pater Tullij.

¶ Tertiā: q̄ predicatū enūciat de subiecto fm̄ eandem p̄tem z rationē. Et ergo iste non contradicunt: Socrates videt fm̄ oculos. Socrates nō vidit fm̄ os.

¶ Quarta: q̄ subiectum in vtraq̄ teneatur similiter: ratione cuius iste non contradicunt: homo est species: nullus homo est species. In prima em̄ homo tenet p̄ natura cōmuni. In secūda vero p̄ suppositis.

¶ Quinta: q̄ predicatum enūciatur in vtraq̄ p̄ eodem tempore: ratione cuius iste non contradicunt: Socrates currit hodie. Socrates non currit cras.

Ad p̄tradi-
ctionē in p̄-
pōsitiōib⁹
habēdam
requirunt
q̄nq̄ con-
ditiones.

Subalterne sunt: vniuersalis affirma-

tiua: z particularis affirmatiua. Vel v̄lis negatiua: z particularis negatiua eiusdem subiecti z p̄dicati: vt ois hō currit: quidā hō currit: nullus homo currit: quidā hō nō currit. Hanc aut̄ speciē oppositionis non ponit Arist. primo Periarmenias: q̄a ip̄e capit oppositionē: proprie.

¶ Cōmunit̄ pro omni repugnantia p̄ oppositionū siue materialis: siue formali. Et sic capit eā Petrus Hispan⁹ qui ponit quattuor species oppositionis: z hoc modo oppositio subalterna est oppositio.

¶ Oppositio capit duplex.

¶ Proprie p repugnātia formali tm̄ penes affirmatiōē ⁊ negatiōē. Et diffinit sic oppō ppositiōnū: ē repugnātia duarū ppositiōnū cathēgoricarum eiusdem subiecti ⁊ p̄dicati in veritate tm̄: vel i falsitate tm̄: vel i his simul. hoc modo capit eā Aristoteles primo Periarmenias. Et sic subalterna nō est oppositio.

Propositionum cathēgoricarum triplex est materia scz Naturalis. Contingens. ⁊ Remota.

¶ Materia ppositiōis sic diffinit. Et extrema ppositiōis cathēgorice quorū vnum p̄dicat de alio essentialiter vel accidentaliter ⁊ conuertibiliter: vel accidentaliter ⁊ nō conuertibiliter: vel disparate.

¶ Essentialis. Est in qua nullū extremorum cōnotat accidentaliter vltra aliud/ vt homo est aīal/ ⁊ super talem p̄dicatiōē fundatur materia naturalis quo ad primum membrum.

¶ Accidē talis. Est illa in q̄ vnu extremorū pnotat accidētāl'r vltra reliquum. Et est duplex.

¶ Conuertibilis/ est in q̄ extrema conuertunt inter se: vt homo est risibilis ⁊ sup talem fundat materia naturalis quo ad fm membrum.

¶ Nō cōuertibilis. Est in q̄ extrema nō cōuertunt inter se: vt hō est albus ⁊ sup talem fundat materia cōtingēs.

¶ Predicatio est p̄dicati de subiecto enūciatio. Et ē triplex.

¶ Disparata. Est in qua termini disparati p̄dicātur de se invicem: vt homo est asinus. Termini autē dicuntur disparati/ q̄ nō possunt vere ⁊ affirmatiue de se invicem p̄dicari: vt homo/ asinus/ lapis/ lignum. Et super talem p̄dicatiōē fundat materia remota.

¶ Naturalis. Est illa in qua p̄dicatū est de esse subiecti/ vel p̄p̄riū eius: vt homo est animal/ homo est risibilis. ¶ Vel materia naturalis: Est habitudo extremorū ppositiōis cathēgorice/ quorū vnu p̄dicat de alio essentialiter vel accidentaliter ⁊ cōuertibiliter. Et dicitur naturalis/ quia p̄dicatū naturaliter inest subiecto: ⁊ habet naturalem habitudinē ad subiectū cum sit de natura ⁊ essentia subiecti/ v'l necessario consequens naturā eius. Sicut p̄p̄riū consequit speciem: licet eū p̄p̄riū non sit de natura subiecti/ tamen immediate sequitur naturam eius/ ideo naturaliter inest subiecto.

¶ Prima: omnis ppositio de est secūdo adiacēte est in materia naturali/ Et hoc si subiectum pro aliquo

supponit: vt hō est. Si autē subiectū p nullo supponit
tūc talis ppō est in materia remota: vt antichrist⁹ est

¶ **Secda:** omnis ppositio in qua idem predicat de se
pso est in materia naturali: vt hō est hō: animal est animal.

¶ **Tertia:** omnis ppositio in qua supius essentialis p
dicat de suo inferiori: est in materia naturali: z ecōuerso
so: vt homo est substantia: z substantia est homo.

¶ **Quarta:** oīs ppositio in qua diffinitio essentialis
pdicat de suo diffinito: z ecōuerso: vt hō est animal rati
onale mortale. Sicut animal rationale mortale est homo.

¶ **Quinta:** omnis ppositio in q̄ vna pars diffinitōis
pdicatur de alia / vel de diffinito / est in materia natu
rali vt animal est rationale: hō est animal: z animal est homo

¶ **Sexta:** omnis ppositio in qua ppria passio predi
catur de subiecto suo: vel ecōuerso / est in materia natu
rali: vt homo est risibilis / risibile est homo.

¶ De ma
teria natu
rali ponū
tur sex re
gule.

¶ Predi
catio ē du
plex.

Directa ē
in q̄ supi⁹
pdicat de
inferiori: z
est duplex:
q̄a quedā ē

¶ **Ratiōe subordinatiōis.** Est in q̄ p
dicatū est supius ad subiectū essentiali
ter: vt hō est animal: animal ē substantia.

¶ **Ratiōe cōnotatiōis.** Est in q̄ predi
catū est supius ad subiectū accidentalit
ter cōnotatiue: vt hō currit: hō ē alb⁹.

¶ **Indirecta.** Est in qua inferius predicatur de supe
riori: vt animal est homo.

¶ **Contingens.** Est illa in qua predicatū pōt adesse z abesse subiecto
pter subiecti corruptionem: vt homo est albus: homo non est albus.

¶ **Materia contingēs sic diffinit.** Est habitudo extremorū ppositio
nis cathgorice quorū vnum predicat accidentaliter z non conuertit
biliter: vt homo currit.

Due sunt
regule de
materia cō
tingenti.

¶ **Prima:** omnis ppositio in qua accidens sepabile p
dicat de subiecto: z ecōuerso / est in materia ptingenti:
vt homo est albus / album est homo.

¶ **Secda:** oīs ppō in q̄ accidēs inseparabile pdicat de
subiecto / vel ecōuerso / est in materia cōtingenti: vt cor
uus est niger / ignis est calidus / calidum est ignis.

¶ Acci
dēs est du
plex.

¶ **Sepabile:** Est qd vere pōt negari de subiecto / vel
qd pōt facile separi a subiecto / vt albū nigrū respectu
¶ **Inseparabile.** Est qd nō vere est uegabile / Choīs.
de suo subiecto / vel qd difficile est sepabile a suo subie
iecto: vt nigrū respectu corui / calidū respectu ignis.

¶ Remota est illa in qua predicatum non potest continere cū subiecto/ut homo est asinus/vel in qua predicatum remouet de subiecto

Remotio
predicati a
a subiecto
fit triplr

¶ Primo: p negationē pdicati a subiecto: vt hō non est albus.

¶ Secō: per remotionem pdicati a subiecto per destruktionem ppositiōis. Et de his duabus remotiōnibus hic non intelligitur.

¶ Tertio: per remotionē pdicati a subiecto ppter repugnantia significatoꝝ pdicati ⁊ subiecti inter se: ⁊ a tali remotione materia dicitur remota.

¶ Materia remota sic diffinit. Est habitudo extremoz ppois cathegorice quoz vnū pdicat de alio disparate. vt substantia est accidens.

Regule ge
nerales de
materia p
positionū.

¶ Prima. In quacūq; materia ponit propositio affirmatiua: in eadem ponitur propositio negatiua cōtradictoria subalterna/convertens/equipollens.

¶ Secunda. In quacūq; materia est aliqua propositio de pnti/ in eodē est ppositio de pterito ⁊ futuro.

¶ Tertia. Volens scire in qua materia ponitur aliqua propositio/ non debet aduertere/ an sit vera vel falsa/ affirmatiua vel negatiua. Sed solum debet aduertere habitudinē pdicati ad subiectum/ vel econuerso: vt si pdicatu est de esse subiecti vel propriū eius est in materia naturali/ vt superius patuit in diffinitiōnibus.

¶ Conuersio propositionum est triplex: scz. Simplex per accidēs/ Et per contrapositionem.

Conuersio
capit du
pliciter.

¶ Pbisice ⁊ realiter pro mutatione vnū rei in aliā vt aqua in vinum. Siue pro mutatione alicuius de malo in bonum: vt conuersio sancti Pauli.

¶ Cōiter/ pro qlibet mutatiōe vni⁹ ppositiōis in aliā sine mutatiōe pdicati in subiectū ⁊ ecōtra. Et sic extendit se ad persionē in oppositā qlitatē/ sic q affirmatiua in negatiua. Et negatiua in affirmatiua cōuertit/ omnibus manētibus pter qualitātē. Et hoc modo puertunt ppoēs de ptingēti ad vtrūlibet: vt hoīem ptingit esse albū: hoīem ptingit nō esse albū. De hac persione etiā agit ab Aristotele primo p^oioꝝ.

¶ Logica
liter fm q
comparat

ad ppositi
ones: et sic
capitur tri
pliciter

¶ Proprie pro mutatiōe vnius pro
positiōis in aliā cum mutatione p̄dica
cati in subiectū: z e contra / siue sit for
malis siue materialis cōsequētia. Et
sic extendit se ad cōuertibilitatē z cons
uertentiā. Et hoc modo hic est cōuers
sio / om̄e risibile ē hō: ḡ ois hō ē risibil.

¶ Propriissime p mutatiōe subiecti
in p̄dicatū: z e cōuerso cū formali bon
nitate consequētiē / z vt nō solū signifi
cat mutationem terminorū in ppositi
onibus: sed cū hoc importat illatiōem
siue formale cōsequētiā vni⁹ p̄pōis
ad aliā. Et hoc modo sic diffinitur.

¶ Conuersio: Est duarū propositionū cathegoricarū vtroq; termi
no participantū ordine conuerso vni⁹ ad aliā formalis cōsequētia

¶ Vno modo: vt est principiū reductiuū sylogismorū
imp̄fectorū ad perfectos. Et hoc modo. conside

¶ Conuer
sio conside
rat dupl̄r.
¶ Conuer
sio conside
rat dupl̄r.
¶ Alio modo vt ē passio p̄positionū. Et isto modo
cōsiderat a Petro hispaniq; ponit tres spēs cōuersiōis

¶ Conuersio simplex est / quando de subiecto fit p̄dicatū: z de p̄e
dicato subiectum manente eadē q̄litate z quātitate p̄positiōis: vt nul
lus homo est animal: ergo nullum animal est homo.

¶ Vna: quia ibi est simplex mutatio p̄dicati in subie
ctum sine mutatione quātitatis / qualitatis / vel termi
norū finitorū in terminos infinitos: sicut in cōuersiōe
ne per contrapositionem.

¶ Alia: quia in hac conuersione p̄positio per se pri
mo: id est fm se totā conuertit / nō gratia partis: sicut
in conuersione per accidens / vbi vniuersalis non fm
se totam conuertit / sed fm suam partem.

¶ Non exclusiua: quia vniuersalis negatiua non ex
clusiua conuertit p accidens in particularē vel indefi
nitam negatiuam: vt tm̄ nullus homo est asinus: con
uertitur sic. ergo tm̄ asinus non est homo.

¶ De p̄dicato cōi: quia vniuersalis negatiua de p̄di
cato singulari conuertit per accidens in singularē ne

¶ Vniuer
salis nega
tiua simpli
citer puer
tit. Intelli

gū de uniuersali: ut nullus homo est petrus: ergo petrus non est homo.

¶ De p̄dicato distributo: qz si p̄dicatum nō distribu-
erē/conuerterē in p̄ticularem negatiuā p̄ accidens
vt oīs hō aīal nō est: p̄uertit sic/qdā aīal nō ē homo

¶ Particu-
laris affir-
matiua cō-
uertit sim-
p̄l̄r itelligit̄
de p̄ticlari.

¶ Nō exclusiua: qz p̄ticularis exclusiua p̄uertit in pro-
positionē uniuersalē affirmatiuam p̄ accidēs: vt ista
Tantū qdā homo est aīal: p̄uertit i istā: oē aīal ē hō.

¶ De p̄dicato cōi: qz p̄ticularis in q̄ p̄dicatum est
termin⁹ singulari p̄uertit p̄ accidēs in p̄pōem singu-
larē: vt quidā hō est petrus/ergo petrus est homo.

¶ Conuersio p̄ accidēs est mutatio subiecti in p̄dicatū: r̄ ecōtra: ma-
nente eadem qualitate: sed mutata q̄titate p̄pōis/vt oīs hō est aīal
quoddā animal est hō. Et d̄r p̄ accidens/qz p̄ ip̄sam p̄pō nō conuer-
titur sc̄m se totā p̄imo r̄ p̄ se: sed gr̄a p̄tis sc̄z sc̄m p̄ticulare: vt oīs
homo est animal/ergo quoddā aīal est homo: prima non cōuertitur
nisi ratione p̄ticularis sue sc̄z quidā hō est aīal: que conuertit̄ simpl̄r.
Et sic p̄tā nō p̄uertit̄ sc̄m se totā: s̄ est: sc̄m oēs singulares suas.

¶ Nō exclusiua: qz uniuersalis exclusiua affirmatiua
conuertitur in aliam uniuersalem exclusiuam simplici-
ter: vt t̄m oīs homo est animal: conuertitur in istam
T̄m omne animal est homo.

¶ Uniuersalis affir-
matiua cō-
uertit i p̄ti-
cularē affir-
matiuā/in-
telligitur de
uniuersali

¶ De p̄dicato cōi: qz uniuersal' affirmatiua de p̄redi-
cato singulari non p̄uertit in p̄ticulares affirmatiuā
vt oīs homo est petrus: ergo petrus est homo.

¶ Conuertendo formaliter: qz aliq̄ uniuersalis affir-
matiua p̄tēst conuerti simpl̄r in aliam uniuersales
affirmatiuā materialiter: vt illa que est composita ex
terminis cōuertibilibus: vt omīs homo est risibilis
p̄tēst sic conuerti: ergo oē risibile est homo/ sed h̄ nō
est formaliter sed materialiter t̄m/ qz dā instantia in
ista/ oīs homo est aīal: q̄ non p̄tēst conuerti simpl̄r

¶ Conuersio p̄ contrapositionē. Est mutatio subiecti in p̄dicatum
et econtra manente eadē qualitate r̄ quantitate: sed mutatis terminis
finitis in terminos infinitos/vt oīs homo est aīal. ergo omne non ani-
mal est non hō. Et d̄r p̄ contrapositionē: qz in ea termini finiti mutā-
tur in terminos infinitos habentes contrariam positionē terminis
finitis/ eo qz terminus finitus r̄ terminus infinitus contradicunt/
ideo videntur habere contrariam positionem.

Q

Conuersio
sione p cō-
trapositiō
nem cōuer-
tī ppō.

De cōuer-
sione ppo-
sitiōnū sin-
gularium
dant̄ tres
regule.

Ad cōuer-
siones tria
requirunt̄

¶ Vniuersalis affirmatiua in qua nō ponit̄ termin⁹
transcendens: vt om̄is hō est animal: ergo om̄e nō ani-
mal ē nō homo: quia ppositio vniuersalis affirmati-
ua in q̄ ponit̄ termin⁹ transcendēs non pōt conuertī
per puerfionē per contrapositionē: vnde hec cōuersio
non valet ois homo est: ergo ens nō est homo / q̄ cō-
uerfa est vera / conuertens aut̄ falsa / cum sit vna affir-
matiua cuius subiectum p nullo supponit.

¶ Particularis negatiua: cuius subiectū z predicatū
p aliquo supponit: vt quidā homo nō est lapis / con-
uertit̄ sic: ergo quidā nō lapis est non homo. Si autē
fuerit particularis negatiua cuius subiectū p nullo
supponit nō potest pueri p trapositionē: vt non va-
let: quedā chimera nō est hō: q̄ quidā nō hō nō est nō
chimera: quia cōuertens est falsa: z conuersa vera.

¶ Prima: ppō singularis siue affirmatiua siue nega-
tiua de modo loquēdi cōsuetō / dūmodo eius pdica-
tum sit termin⁹ singularis puerit̄ simpliciter: vt So-
crates est iste homo: ergo iste hō est Socrates. Ioan-
nes non est Andreas: ergo Andreas nō est Ioannes.

¶ Scōda: ppō singularis affirmatiua de pdicato cō-
muni cōuertit̄ puerfione p accidēs in particularē vel
indefinitā affirmatiuā: vt Andreas est homo: q̄ hō ē

¶ Tertia: ppō singularis negatiua de p̄ Andreas
dicato cōi conuertit̄ puerfione p accidēs in vniuersa-
lem negatiuā / seu in particularē vel indefinitā negati-
uam. Exemplū primū: vt Andreas nō est asinus: ergo
nullus asin⁹ est Andreas. Exemplū secūdi: Plato nō
est omnis homo: ergo aliq̄s homo non est Plato.

¶ Conuersa: Est propositio que conuertit̄: z dicit̄ an-
tecedens respectu alterius.

¶ Conuertens: Est est ppō in q̄ est facta transpositio
subiecti z pdicati prime ppositiōis: z dicit̄ cōsequēs
in ordine ad primam propositionem.

¶ Nota Illatiōis Est p̄iunctio denotās vnā ppōem
sequi ad aliā vt sunt iste conūctiōes: ergo: igitur.

¶ Prima: vt maneat congruitas in conuersa z puer-
tente: ergo ista: ego sum homo: conuertit̄ sic homo est
ego: z non sic homo sum ego.

¶ Scōda est q̄ ibi maneat eadem ampliatio termino

Venera-
les pōtio-
nes requi-
runt ad cō-
uersionem

rum in cōuētia ⁊ pueritate: ideo hec puerio nō valet:
 homo fuit animal: ergo animal fuit hō: quia subiectum
 in cōuētia ampliā ⁊ nō pōdicatū in cōuertēte vero est
 oppositū: ideo sic est conuertenda: qd̄ fuit animal est vel
 ¶ Tertia: Est vt debet fieri debita supple (fuit hō
 tio: vt qñ a parte pōdicati ponit̄ obliquus se solo: tunc
 in cōuertēte a parte subiecti debet suppleri ⁊ poni ter-
 minus transcēdēs: vt panis est in fornace: cōuertit̄ sic
 ergo ens in fornace ē panis. Similiter ista: homo est
 nullus alius: cōuertit̄ sic: qd̄ est nullus alius? est hō.
 ¶ Quarta: q̄ maneat eadē suppositio in genere. Et ḡ
 ista homo est species: non conuertit̄ sic: species est ho-
 mo: sed sic: species est hō homo.
 ¶ Quinta: q̄ debet fieri resolutio pōis qñ subiectū/
 pōicatū v̄l copula nō ponit̄ exp̄sse: ⁊ ideo ista hō cur-
 rit non cōuertit̄ sic: ḡ currit hō: s̄ prius debet resolui
 sic: hō est currēs: ⁊ ista cōuertit̄: ergo currēs est homo
 ¶ Sexta: q̄ debet manere eadē restrictio terminorū
 in puerla ⁊ cōuertēte: ⁊ ideo ista: nullus homo est mu-
 lier: non debet sic conuertit̄: nulla mulier est homo: sed
 sic: ergo nulla mulier est homo masculus.
 ¶ Septima: q̄ debet fieri debita appositio signorū ⁊
 depositio: ⁊ ergo cōuertēdo ppositionē vniuersalem
 exceptiū: signū exceptiū in conuertente debet muta-
 ri in signū alitatis. Et s̄m hoc ista ppositio: omne ani-
 mal p̄ter brutū est homo: cōuertit̄ sic: ergo aliquis ho-
 mo alius a bruto est animal: hec conditiones habent̄
 in his versibus. Congruit: ampliācat: supplet: stet sol-
 uit ⁊ artat. Appōnit signa sic fit puerio digna.

Propositio Ipothetica est illa: q̄ ha-
 bet duas pōdes cathēgoricas tanq̄ partes principales sui: hoc ē p-
 positio ipothetica ē q̄ habet explicite vel implicite duas pōdes cathē-
 goricas: ⁊ vel aliq̄ complexa ipsa pportionabilia p̄ictas vel p̄icta p-
 p̄iunctionē vel aduerbiū / tanq̄ partes principales sui / vt si hō currit
 homo mouet. Et d̄r a pos qd̄ est sub: ⁊ thesis positio: quasi suppositio
 q̄a vna pars supponit̄ alteri. ¶ Propositiones Ipotheticę tres sunt
 species principales: sc̄s Conditionalis: Copulatiua: ⁊ Dissiunctiua.

¶ Conditionalis est illa: in q̄ coniungunt̄ due cathēgorice ppositio-
 nes per hāc p̄iunctionē si: hoc est: ppositio p̄itiōnalis est illa in q̄ p̄iun-

guntur explicite vel implicite due propositiones / vel duo cōplexa, ppor-
tionabilia ppositiōibus per istā punctionē si / vel aliā sibi equiuale-
tem tanq̄ principales partes sui Exemplū de duab⁹ ppositiōibus /
si homo est: animal est. Exemplū de duob⁹ cōplexis, pportionabilib⁹ p
positionibus si asinus volaret / asinus haberet pennas.

Veritatem: q̄ antecedēs non potest esse verum sine
consequēte / vt si homo currit: homo mouet: vide om-
nis pditionalis vera est necessaria: ⁊ omnis conditio-
nalis falsa est impossibilis.
falsitatē sufficit q̄ antecedens potest esse verū sine
consequente: vt si homo est / asinus est.

**Copulatiua Est illa: in qua cōiungun-
tur due propositiones cathegorice per hanc coniunctionē ⁊: vel aliam
sibi equiualentē: vt Socrates currit ⁊ Plato disputat.**

Veritatem vtranq̄ ppositionē cathegoricā esse ve-
ram: vt homo est animal: ⁊ deus est.
falsitatem eius sufficit vnā cathegoricā esse falsam:
vt homo est animal: ⁊ lapis est homo.

**Disiunctiua Est illa: in qua cōiungun-
tur due propositiones cathegorice per hanc coniunctionē vel: aut sis-
bi similem vel sibi equalem: vt Socrates currit: vel Plato disputat.**

Veritatem sufficit alterā partem esse verā: vt homo
est animal: vel homo est lapis / pmittit q̄ vtraq̄ pars
eius sit vera / sed non ita ppric: vt homo est animal.
vel equus est hynibilis.
falsitatem requirit vtranq̄ partē esse falsam: vt ho-
mo est asinus vel equus est lapis.

**Sunt adhuc alie species minus prin-
cipales ppositiōis Ipothetice: quia quedam est ppositio Ipotheti-
ca rationalis: quedā causalis: quedā temporalis: quedam localis.**

**Rationalis Est illa: in qua cōiungun-
tur due propositiones cathegorice per coniunctionē rationalem: vt
homo currit: ergo homo mouetur.**

**Causalis Est illa: in qua coniunguntē
due propositiones cathegorice p hanc coniunctionē quia: vt quia sol
lucet dies est: hec due species reducunt ad conditionālē: quia sicut in
conditionali sunt due ppositiōes / quarū vna est antecedens: ⁊ alia**

consequens sicut etiam est in causali & rationali.

Requiruntur ad p[ro]p[os]it[io]n[em] causalis: q[uod] Veritates: q[uod] antecedens sit causa consequentis: vt quia sol lucet: dies est.

q[uod] falsitate: q[uod] antecedens n[on] sit causa consequentis: vt quia Socrates currit: sol eclipsatur.

Temporalis: Est illa in qua c[on]iunguntur due p[ro]p[os]itiones cath[eg]orice per aduerbium temporale: vt Socrates currit quando Plato disputat.

Ad t[em]p[or]alis p[ro]p[os]it[io]n[em] Veritate[m] requiritur veritas ambar[um] partiu[m] p[ri]ncipalium copulatiue in qua resoluitur: vt hec t[em]p[or]alis est vera: homo loquitur quando homo disputat: quia resoluitur in istam copulatiua[m]: homo loquitur in aliquo t[em]p[or]e. Et in eodem t[em]p[or]e disputat: modo illius copulatiue ambe partes sunt vere.

falsitate[m] sufficit vna[m] parte[m] esse falsam: copulatiue in qua resoluitur: vt hec temporalis est falsa: pater me[us] fuit q[ua]n[do] Adam fuit: quia hec copulatiua est falsa: pater meus fuit in aliquo t[em]p[or]e: & in eodem t[em]p[or]e Adam fuit: ex quo secunda pars est falsa.

Localis: Est illa in qua coniunguntur due p[ro]p[os]itiones cath[eg]orice per aduerbium locale: vt Socrates currit vbi Plato disputat.

Ad p[ro]p[os]itiones localis Veritate[m] requiritur veritas ambar[um] partiu[m] copulatiue in qua resoluitur: vt Socrates currit vbi Plato disputat: si est vera ideo est: q[uia] ambe partes copulatiue sunt vere: resoluitur em[en] sic. Socrates in aliquo loco currit & in eodem disputat Plato.

falsitate[m] sufficit falsitas vnius partiu[m] copulatiue in quam resoluitur.

Propositiones: tunc faciunt p[ro]p[os]itiones hypotheticas conditionales: copulatiuas: disiunctiuas.

Iste c[on]iunctio[n]es si & vel &c. mediāt aliquā inter Terminos a parte subiecti positos: & tunc faciunt p[ro]p[os]itiones de condicionato copulato: vel disiuncto subiecto: vt Socrates vel Plato disputat.

Terminos a parte p[re]dicati positos: & tunc faciunt p[ro]p[os]itiones cath[eg]oricas de condicionato copulato vel disiuncto p[re]dicato: vt animalia sunt bos & asinus. Et h[uius]m[od]i p[ro]p[os]it[io]n[em] in q[ui]b[us] iste p[re]iunctio[n]es mediāt solum inter terminos vel a parte subiecti: vel a parte p[re]dicati positos

nominantur propositiones categorice: de conditionato: copulato:
vel disiuncto extremo.

¶ **I**sta ppositio: homo currit q mouet: est copulatiua p pō hypothet
ca implicite ⁊ virtualiter: q̄a valet istam hō currit: ⁊ ille mouetur.

signu

¶ **Q**uā b no:
mai q̄ q̄v
q̄ d̄: resol
ui i ⁊ ⁊ in
ille notant
tres regle.

¶ **P**rima: quācumq; qui: que vel quod in ppositione
positū pcedit omnia verba non resoluit in ⁊ ⁊ in ille: vt
homo q̄ currit: mouet. Et talis ppositio est categori
ca: cuius subiectū est hoc totū homo qui currit.

¶ **S**ecūda: quācumq; qui que vel quod ponit inter duo
verba referēs p̄dicatū: nō habet resolui in ⁊ ⁊ in ille: vt
ista: hō nō est an: al q̄ est asinus: q̄ est p̄pō categori
ca vera. Et sic hoc relatiuū quod resoluit in ⁊ ⁊ in il
lud: esset hypothetica falsa valens illā: homo nō est a: al
⁊ illud est asinus.

¶ **T**ertia: quācumq; hoc nomen qui: que: quod ponit
inter duo verba referēs subiectū: tūc debet resolui in ⁊
⁊ in ille. Et facit p̄pōem hypotheticā copulatiuā: vt hō
currit q̄ mouet: valet illam: homo currit ⁊ ille mouet.

¶ **D**iceret aliq;: Cum in aliq; p̄pōe hypothetica ponūt tres vel quat
tuor coniūctiōes diuerse potestatis: que est ipsa: vt hic: si homo currit
homo mouet: vel deus est: ⁊ homo est asinus: Dicendū: q̄ si copulati
ua coniūctio est copula principalis: ipsa p̄pō est copulatiua. Si vero
coniūctio disiunctiua est copula principalis: ipsa est disiunctiua. Cop
ulam autē esse principalem in huiusmodi p̄positionibus est in arbi
trio accipientis. Si em̄ aliquis vult dicere copulam principalem esse
coniūctionē copulatiuā: tūc talis p̄positio est copulatiua: ⁊ alie con
iūctiones illic posite erunt copule minus principales.

De quantitate p̄positionū hypotheticarū id tenēdum est. Propositioes hypotheticas nō esse alicuius q̄n
titatis: non em̄ dicunt vniuersales: particulares: indefinite: vel singula
res: quia q̄ntitas p̄pōis attendit ex parte subiecti p̄pōis: s̄ subiectus
in p̄pōibus hypotheticis nō est pars p̄pōis ⁊ principalis: sed remo
ta ⁊ minus p̄ principalis: a partib; aut remotis ⁊ min; principalibus
nō debet fieri denotatio: s̄ p̄positioes hypotheticę nō dicunt q̄ntitate.
¶ **P**ropositioes hypotheticę sunt alicuius q̄litas: id est: dicunt affir
matiue vel negatiue: quia q̄litas p̄pōis est p̄prietas p̄pōis attribu
at ei: penes copulā principalem affirmatā vel negatā: sed hypotheticę
p̄positiones habent copulas tanq; ptes principales sui: s̄ sunt affir
matiue vel negatiue.

Propositi
tio ipothetice
dicit

¶ Affirmatiua: cuius nota conditionis copulationis vel disiunctiois affirmatur: vt homo currit et deus est. Similiter homo currit vel deus non est.

¶ Negatiua cuius nota conditionis copulationis vel disiunctiois etcetera negantur: et hoc fit dupliciter.

¶ Primo ponendo negationem non toti, propositi vt non si homo currit: homo mouetur.

¶ Secundo ponendo negationem ipse ante copulam principalis: scilicet ante coniunctionem conditionalem copulatiua vel disiunctiuam: vt homo currit non: vel quisuis mouetur.

De oppositiōe propositionū Ipotheticarū.

Sciam aliquos propositioes ipotheticas non opponuntur oibus speciebus oppositiōis: quia oppositiō in propositionibus attendit penes quantitatē. Sed propositiones Ipotheticas non sunt alicuius quantitatis: ergo etc. Dicunt tamen quod oppositiō predictoria puenit propositiōibus Ipotheticis: quia contradictio est affirmatiō et negatiō oppositae: sed ipotheticas habent affirmatiōes et negatiōes: ergo

Contradictoria in propositionibus ipotheticis dantur tribus modis.

¶ Primo: Copulatiua et disiunctiua compositae ex partibus contradictiuis contradicunt: et sunt contradictoriae: vt ista copulatiua: homo est animal et deus est: contradicit huic nullus homo est animal: vel nullus deus est.

¶ Secundo: proponendo negationem toti propositioni ipotheticae: quia non est verius dare contradictionem quam toti propositioni proponere negationem negantem: vt ista: homo est animal et deus est: contradicit huic non homo est animal: et deus est: capiēdo negationem vt cadat supra totum sequens

¶ Tertio: ponendo negationem ante notam et copulam conjunctionalem: vt homo currit et deus est: contradicit huic homo currit non et deus est. In conditionalibus autem propositionibus ipotheticis solum fit contradictio duobus vltimis modis: et non primo modo.

Aliqui autem dicunt omnes species oppositiōis inueniri in propositionibus Ipotheticis: vnde dicit quod propositio ipothetica copulatiua affirmatiua contradicit negatiuae: et prius disiunctiuae negatiuae: et subalternat ei disiunctiua affirmatiua. Similiter et disiunctiua affirmatiua predictat disiunctiuae negatiuae: et subcontrariatur copulatiuae negatiuae: et subalternatur copulatiuae affirmatiuae: vt patet in figura sequenti.



Equipollentia est duarum propositio-
 num prius oppositarum formalis equivalencia in qualitate et quantitate: in veritate et falsitate propter negationem prepositam: aut postpositam: vel prepositam et postpositam simul. Vel equipollentia est duarum propositio-
 num categoricarum utroque termino participantium secundum eundem ordinem prius oppositarum ratione negationis preposite vel postposite: vel preposite et postposite simul idem valere: ut omnis homo non currit: equipollent huic: nullus homo currit.

Differunt { **¶** Equivalencia: quia equivalencia convenit et rebus et terminis: similiter et propositionibus: ideo ponitur genus ad equipollentiam in hac diffinitione. Equipollentia est equivalencia duarum propositionum in qualitate et in quantitate: in veritate et falsitate per adventum negationis facta.

¶ Equipollentia tantum convenit propositionibus. Et sic est minus commune et inferius ad equivalenciam unde propositio equipollere est ipsas esse eiusdem veritatis et falsitatis: qualitatis et quantitatis.

Equipollentie ppositionū notifican

tar quattuor regulis.

¶ Prima regula. Si alicui signo vniuersali vel particulari preponatur negatio/equipollet suo contradictorio: hoc est: datis duabus propositionibus cōtradictorijs / si pponat alteri earū negatio negans / cadens supra totū sequens: tunc totū aggregatū ex illa negatiōe ⁊ illa ppositione cui addita est illa negatio / equipollet illi ppositioni / cui talis ppositio ante additionē negationis ptradicebat: vt iste ppositio nes contradicūt / quilibet homo est albus: ⁊ aliquis homo non est albus. Et si vni illaz preponat negatio sic dicendo / non quilibet homo est albus / tunc illud aggregatū equipollet isti aliquis homo nō est albus. Ratio regule est. Quia propositiones ptradictorie repugnāt in qualitate ⁊ q̄ntitate simul / sed negatio pposita signo mutat q̄ntitatem signi / ⁊ etiā qualitātē copule in suū oppositū. Et q̄ ipsa totū negat ⁊ destruit quod post se inuenit. Ideo facit ppositiōes prius repugnantes in qualitate / ⁊ etiam in q̄ntitate esse eiusdem qualitatis. Et sic facit ptradictorias equipollere. Et hec regula habet locū in om̄ibus ppositionibus: tam cathgoricis q̄s ipotheticis. Nam si alicui ppositiōi ipothetice pponit negatio negans / cadens supra totū quod sequitur tunc totū aggregatū ex tali ppositione ⁊ negatione equipollet ppositioni que erat eius contradictoria anteq̄ negatio preponeret. Ideo copulatiua ⁊ disiunctiua cōposite ex partibus contradicētibz q̄ contradicūt / equipollent. Nam si toti copulatiue pponit negatio cadēs supra totum sequens / tūc totū aggregatū ex illa negatione: ⁊ illa copulatiua equipollet disiunctiue affirmatiue: vt iste equipollent / non om̄nis hō est albus ⁊ de⁹ ē: ⁊ ista / aliq̄s hō nō ē albus vel nullus de⁹ est.

¶ Scōda regula. Si alicui signo vniuersali postponit negatio / equipollet suo contrario. Hoc est datis duabz ppositionibus contrarijs. Si in vna earz postponat negatio negās immediate post terminū distributū a parte subiecti / cadens supra totū sequens / tunc totū aggregatum ex illa negatione ⁊ ppositione cui addita est negatio equipollet illi ppositioni que erat eius ptraria ante additionē illius negationis / vt iste sunt ptrarie / quilibet homo currit: nullus homo currit. Si in vna earz post totū distributū a parte subiecti ponat negatio negās cadens supra totum sequens / tūc totum aggregatū ex illa negatione ⁊ ppositione cui addita est negatio equipollebit alteri ppositioni: vt ista quilibet homo non currit / equipollet huic / nullus hō currit. Ratio regule est: q̄a ppositiones contrarie repugnāt in q̄litate tm̄: ⁊ non in q̄ntitate. Negatio autē postposita signo ⁊ addita copule mutat q̄li

tate copule ⁊ nō q̄sitate eū non agit in p̄cedens. Ideo facit pri^o con-
trarias esse eiusdē qualitatis ⁊ equipollere inter se.

¶ Tertia regula. Si alicui signo vniuersali v^l p̄ticulari p̄pōat ⁊ post-
ponat negatio: eq̄poller suo s̄balterno: s̄ est datis duab⁹ p̄pōib⁹ ca-
thegoricis subalternis: si in vna eaz p̄pōat et postponat negatio: ca-
dens sup̄ totū seq̄ns: tunc aggregatū et duab⁹ negatōib⁹ ⁊ illa p̄pōe
cui addite sunt ille due negatōes equalet p̄pōi q̄ fuit subalterna eius
p̄pōis cui addite sunt negatōes: vt iste p̄pōes sūt subalterne: ois hō
currit/ quidā hō currit. Si ḡ vni eaz p̄ponat ⁊ postponat negatio di-
cendo nō ois hō non currit: tale aggregatū eq̄poller isti p̄pōni: aliq̄s
hō currit: ⁊ causa isti⁹ est/ qz p̄pōes subalterne p̄cise differūt in q̄sita-
te: nō negatio p̄posita mutat q̄sitate. Et qz ambe negatōes cadūt su-
pra copulā sic mutuo se impediunt: ideo non mutatur qualitas.

¶ Quarta regula q̄ ex his trahit⁹ est. Si duo signa v^lta negatiua po-
nunt in eadē p̄pōe: ita qz vnū ponit in subiecto ⁊ aliū in p̄dicato: pri-
mū equipolleret suo p̄rio/ ⁊ sc̄dm suo p̄dictorio: vt nihil est nihil eq̄pol-
let huic q̄dlibet est aliq̄d. Et licet in regula d̄r qd̄ altera negatio ponat-
tur post copulā in p̄dicato/ hoc est intelligendū sc̄d̄z vocē/ tū sc̄dm cō-
structōem ⁊ verā resolūtōem p̄ponit copule: vt ista nihil est nihil: ite
soluit sic. i. nihil nō est aliq̄d: vbi sc̄dm nihil resoluit⁹ per non ⁊ aliquid
manifestum autem est: quod nihil non valet tantū sicut quodlibet: qz
nullus non valet omnis: vnde aliqui dicunt qz ista regula habet veri-
tatem/ quando ambo signa p̄cedunt copulam/ dicunt ergo qz ille
non equipollent: nihil est nihil: ⁊ quodlibet est aliquid: Quia prima
est negatiua: ⁊ sc̄da affirmatiua. Sed iste nihil nihil est: ⁊ quodlibet est
aliquid. Et causa regule est/ quia secunda negatio equipolleret per pri-
mam regulam suo contradictorio ex quo sibi preponitur negatio. Et
p̄mum signum negatiuum equipolleret suo p̄trario p̄ sc̄dam regulam
ex quo sibi postponitur negatio. ¶ Ex his sequit⁹ corrolarie: D̄r due
negationes faciunt vnam affirmationem. Quia negatio est malignā
tis nature: quicquid post se inuenit hoc totum destruit: ⁊ oppositum
eius inducit. Si ergo vna negatio inuenit post se aliam/ tunc virtus
prime impeditur ⁊ virtus sc̄de destruit: qua destructa ponit affirma-
tio. Et ideo due negatōes cadentes super seinuices equipollēt vni af-
firmationi. ¶ Quare due affirmatōes nō equipollent vni negationi
Dicendū: qz hoc ideo est/ qz vna affirmatio nō destruit aliā: sed maḡ
cōfirmat eā. Affirmatio em̄ nō est instrumētū intellect⁹ ad destruen-
dū id quod prius dictū est: vel id qd̄ repit/ sicut negatio destruit af-
firmatōem seq̄ntē/ affirmatio em̄ habet se sicut habitus/ s̄ habit⁹ ad-
dit⁹ alteri p̄firmat ip̄s: ḡ ⁊ affirmatio addita affirmatōi p̄firmat ip̄as

¶ Regule equipollentiā tangunt in hoc versu. Pre contradic/poff
 contra/pre postqz subalter. ¶ Diceret quis: Quare nō datur regula
 ad habendas equipollentias ppositionū subcōtrariarū/dicendū est:
 Ideo: quia equipollentia si darē in ppositiōibus subcōtrariis: ne
 gatio ipsa vel preponerē signo particulari tñ: vel postponeretur tñ:
 vel sponerē z postponerē simul: sed nullus istorū modorū esset cōue
 niēs: qd patet inductive. Negatio em̄ sposita negat q̄ntitatē: due au
 tem subcōtrarie debēt esse eiusdem q̄ntitatis. Si autē negatio postpo
 nerē signo particulari: vel hoc esset in ppositiōe affirmatiua: z sic nō
 fieret eqpollentia sed esset oīno identitas vni⁹ ppōis cū alia. Si au
 tem negatio postponerē signo ppositiōis particularis negatiue: tūc
 esset nugatio: vt dicendo: quidā homo nō nō currit: quia esset vnius z
 eiusdem dicitōis ex eadem parte inutilis repetitio que est vitanda in
 omni ppositione: neqz etiā possunt equipollere per negationē sposita
 tam z postpositā simul eadem ratiōe: quia negatio sposita z postpo
 sita mutat q̄ntitatē: sed subcōtrarie sunt eiusdem q̄ntitatis. ¶ Pro in
 tellectu eorum que dicta sunt notandum.

Equipol
 lentia capi
 tur dupl^r,

¶ Vnomō prime intentiōaliter: vt cōuenit rebus: Et
 sic idem est qd̄ equivalētia: vt cū dicimus vinū equi
 ¶ Aliomō vt est passio ppositionū (poller blado.
 z hoc modo de equipollentia est hic ad ppositum

Propositi
 ones dicit
 tur eqpol
 lere dupl^r.

¶ Vnomodo in significando. Et sic ppositiones vo
 cales vel scripte dicunt equipollere: quia subordinan
 tur eidem mentali vltimate: vel pluribus mentalibus
 sinonimis: z isto modo equipollentia solū reperit in
 ter ppōes sinonimas: vt Mare⁹ currit. Tulli⁹ currit

¶ Alio
 mō in vita
 te vel falsi
 tate. Et h
 dupl^r.

¶ Materialiter: vnde ille ppōes di
 cunt eqpollere in vitate z falsitate ma
 terialiter qz vna ē illatiua alteri⁹ i cō
 sequētia bona z materiali. Et isto mo
 do vniuersalis z particulari subalter
 ne in materia naturali equipollent.

¶ Formaliter: vnde ille ppōes dicun
 tur eqpollere in veritate z falsitate for
 maliter: quarū vtraqz est illatiua alte
 ri⁹ in cōsequētia bona z formali pro
 pter aduentū negatiōis. Et sic capit in
 pposito cū dicit: Equipollētia est du
 arū ppositionū cathegoricarū in veri
 tate vel falsitate formalis equivalētia

¶ Correlarie sequit ex his/ quicūq; ppositiōni equipollet vna ppositiō equipollentiariū eidē equipollet ⁊ reliq. Necessariū insup est ppositiōnes vni ppositiōi equipollente inter se easdem esse equipollentes/ deinde cuiūq; p̄dicat vna equipollentiariū: eidē cōtradicit ⁊ reliqua: nec est possibile duas ppositiōnes inter se nō equipollentes eidem ppositiōi esse p̄tradioctozias. Sic enī foret possibile duas p̄tradioctozias esse vel simul veras: vel simul falsas qđ est cōtra legē ⁊ naturam ear.

Modus ē adiacēs rei determinatio.

¶ Unomodo phisice. Et sic omne illud p qđ aliquid aliqualiter se habet ⁊ denōinat vocat̄ modus. Et sic modificare non est aliud qđ denominare/ quo omne accidens potest dici modus.

Modus
capit̄ du-
pliciter

Aliomō
logicaliter
Et sic du-
pliciter.

Generaliter: Est c omīs determinatio respectu sui determinabilis pōt dici modus: isto mō nō est aliud modi ficare qđ determinare suū determinabile
Specialiter duntaxat p adiectiuas li determinatiōe. Et sic capit̄ in p̄senti diffinitōe. Et h mō capiēdo p̄e. hispa. diuidit modū/ qđ quidā est adiectiuū verbum: ⁊ quidam adiectiuum nomi nis: vt patet in certu eius.

¶ Unomodo pro re ad extra: siue p re reali que nō est conceptus/ signū vel terminus/ quē admodū lapis re alis dicit̄ res. Et sic res dicit̄/ a ratus: rata: ratū: qđ valet tñ sicut firmū: qđ q̄libet res habet esse ratū firmū ⁊ verū in natura: ⁊ sic non capit̄ in diffinitōe modi.

Res capit̄
dupliciter

Aliomō p re concepta. Et sic capit̄ in pposito/ Cū modus sit determinatio rei cōcepte: ⁊ nō vocis/ neq; rei ad extra. ¶ Alijs tñ placet/ vt hoc mō res capiat̄: vt nō sit qđ distinctū a signo/ ⁊ hoc mō terminus fm eos dicit̄ res: vt iste terminus homo est res/ hoc est/ determinabile respectu huius adiectiuū albus.

Determi-
natio vt
ad ppositi-
tū sufficit ⁊
triplex.

Superaddēs: Est q̄ supaddit suo determinabili for mam positiuā: ⁊ nō diminuit rōem eius: vt albus hō. ibi enī albus supaddit hoi formā positiuā scz albedi nem/ hec ⁊ restringens dici poterit.

Diminuens: Est q̄ diminuit rationē eius cui addit̄ nō tñ destruit eam: vt homo est albus fm dentes: ibi

¶ In dentes diminuit rationem albi hominis.

¶ **Distrabēs** siue alienās est: q̄ om̄ino distrabit siue alienat suū determinabile a p̄cipali sc̄ato: vt homo mortuus: ibi mortuus tollit sc̄atū hoīs. In diffinitio-
ne autē modi hic posita: determinatio hic capit p̄ de-
terminatiōe supaddente: eo q̄ om̄e analogū p̄ se positi-
um stabit p̄ sc̄ato famosiori: sed famosius ⁊ p̄nci-
palius sc̄atū determinatiōis est determinatio supad-
dens. Est ergo modus adiectiualis rei determinatio:
quia modus in logica habet se sicut adiectiuū in gr̄a-
matica: s̄ quodlibet adiectiuū in grammatica est ad-
iectiual determinatio sui s̄statiui: ḡ ⁊ modus i logica.

Propositio modalis Est illa q̄ modi

ficat aliquo istorum sex modorū: possibile: impossibile: contingens:
necessarium: verum: falsum.

¶ **Conter.** Et sic p̄positio dicit a modo: sed multi sunt
modi: q̄a om̄ia nom̄a adiectiua ⁊ aduerbia dicunt mo-
di: vt patet per Pe. hispa. ergo om̄is p̄positio in q̄ po-
nitur aliquod nomen adiectiuum vel aduerbium po-
test dici modalis.

Proposi-
tio moda-
lis capitur
tripliciter.

¶ **Proprie:** prout dicit a modo q̄ determinat verbū
gratia cōpositiōis p̄dicati cū subiecto: siue amplet: si-
ue non: hoc modo verū ⁊ falsum faciunt p̄positiōem
modalem: q̄a determinant verbū gratia cōpositionis
⁊ sic capitur hic in diffinitione.

¶ **Propriissime.** Et sic p̄positio modalis dicit in q̄
modus determinat verbū gratia cōpositiōis intrinse-
ce in q̄tum cōpositiōne ampliat vltra p̄sens tēpus: ⁊
sic verū: falsum: sc̄abile: opinabile relinquunt: quia licet
determināt verbū gratia cōpositiōis: non tū q̄ntū cō-
positio: nec ampliant vltra p̄sens tempus.

¶ **Prima:** q̄ talis modus determinet totā cōpositio-
nem: ⁊ ideo nom̄a adiectiua: aduerbia determinātia
verba gratia temporis: modi: aut rei verbi si in p̄po-
sitiōe aliqua ponunt: non faciūt p̄positionē moda-
lem: vt albus: niger: bene: male.

¶ **Secunda:** q̄ talis modus determinet compositionē
in q̄tū cōpositio. Et sic p̄positiones formate de illis
modis: sc̄abile: opinabile: intelligibile: imaginabile nō

¶ Ad hoc
vt aliq̄s mo
dus faciet
pp̄ōes mo
dalē requir̄t
tres p̄ditōes

sunt modales: licet em̄ determinent pp̄ōes non tamē
in q̄tū p̄positio: h̄ in q̄tū h̄ ordinē ad nr̄am rationē
Et sic solū extrinsecer non intrinsece determināt p̄po
sitionē: q̄z nihil ponūt in ipsa / h̄ solū in sciēte opinan
te aliqd̄ ponūt: vñ cū d̄r ista: compositio h̄ō est risibi
lis est scita: ibi scitū nihil intrinsece p̄dit: h̄ soluz aliqd̄
p̄dit in sciēte: q̄z pp̄ō nō d̄r scita nisi a scia q̄ ē i sciēte
¶ Tertia: Est q̄ talis modus d̄z ampliare totā cōpo
sitionē vltra tēpus sue p̄iacentis. i. vltra tēp̄ iporta
tū p̄ copulā: aut d̄z exprimere sp̄cālē habitūdines ex
tremoz adinuicē. Et sic ver: falsum: vniuersale: p̄ticu
lare z negatio nō faciunt p̄p̄ōnem modālē. Et ex hac
p̄ditione habet: q̄ solū sunt q̄tuor modi faciētes p̄o
positōem modālē p̄p̄rissime sc̄s possibile: i. possibile:
contingens: necessariū / in quibus oppositio eq̄pollen
tia nō sumitur eo modo sicut i illis de inesse: q̄ de tali
bus est hic considerandum.

¶ Primo materialiter: z sic nihil aliud est p̄positio q̄z
pp̄ō cathēgorica in q̄ p̄dicatū p̄ponit cū sbiecto: hoc
mō accipit p̄positio ap̄d Aristotilē primo periarme
nias vbi dicit: circa p̄positionē z diuisionē p̄sistit veri
tas vel falsitas: sicut in p̄posito h̄ mō capit p̄positio.

¶ Secūdo formaliter: z sic nihil aliud est q̄z act̄ p̄plexiū
vel vnitiuū p̄dicati cū sbiecto: quē actū p̄plexiū
z vnitiuū importat hoc verbum est: vnde d̄r p̄rio
periarmentias. hoc verbum est sc̄at actum complexū
quem sine extremis non est intelligere.

¶ Sensu composito: Est in q̄ modus p̄dit in princi
pio vel in fine: vel in q̄ ptes dicti nō diuidunt per mo
dus: vt socratē currē est possibile: possibile ē socratem
currē.

¶ Sc̄d̄m alios aliter diffinit̄ pp̄ō modalis de
sensu p̄posito: est illa in q̄ p̄dicatū dicti cōponit cum
formali z materiali ipsius sbiecti. Et d̄z dictū p̄ferri
p̄ atōe p̄tinua: nō pausando inter ptes dicti h̄ iter di

¶ Sensu diuiso: Est in q̄ mod̄ p̄dit cū z modū.
in medio: vel inter ptes dicti / vt socratē possibile est
currere.

¶ Sc̄d̄m alios vero sic. pp̄ō modal̄ de sensu
diuiso: est in qua p̄dicatū dicti solū p̄ponit cū ma
teriali ipsi sbiecti z nō formali. Et d̄z p̄ferri. platōne
discōtinua ad denotandū diuisionē pausando inter
partes dicti z non inter dictū z modum.

¶ Cōposi
tio capitur
dupliciter.

¶ Proposi
tio modal̄
est duplex
q̄z quedam
est de

*lexo 20 21 22 23 24
rurs 2 20 21 22 23 24
sume fa sunt
modo*

¶ Primo: q̄ in modali cōposita modus attribuitur dicto fm q̄ ptes eius cōponunt simul. Et debet exponi resolūdo infinitiū in v̄bū finiti modi. Et actiū in n̄m̄ p̄ponēdo hoc cōpletum hec cōpositio vel hec propositio: verbi gratia: ista est modalis cōposita: al b̄ū esse nigrū est possibile: si possibile attribuat̄ toti dicto fm q̄ partes eius cōponunt. Et debet sic resolui h̄ cōpositio vel hec pp̄o: albū est nigrū est possibile. Et hoc modo est falsa. In modali aut̄ diuisa subiectū dicti accipit̄ p̄ materiali siue p̄ re que est alba: et illi tūc attribuit̄ mod⁹ cū p̄dicato dicti: et debet exponi sic ponēdo modū ip̄m̄ inter ptes dicti: sc̄z/ inter actiū et infiniuitiū: et ponēdo loco acti p̄ nomē demonstratiuū de monstrās illud p̄ q̄ supponit ille actiūs si fuerit necessē: vt ista: albū possibile ē esse nigrū: debet sic exponi illud qd̄ est albū possibile est esse nigrū: primū sanctus Thomas dicit modale de dicto: sc̄dam v̄o dere dicti

¶ Sc̄do: q̄a in cōposita accipit̄ subiectū dicti p̄ materiali et formali simul: in diuisa vero p̄ materiali tūc: ḡ p̄posita exponit̄ p̄ vnā de inesse: vt visum est: hec autē differētia locū habet in illis: vbi subiectū est termin⁹: duo includēs i suo significato: sicut quodlibet p̄cretū in genere accidētis: vt albū: nigrū: sedentē. ambulantē et sic de alijs. Si aut̄ subiectū abstractū fuerit v̄l terminus substāntialis: tūc nō poterit sic distingui: et ergo ista hoīem esse animal est necessē: nō pōt sic distingui et tūc potest esse cōposita vel diuisa fm̄ p̄lationē cōtinuam

¶ Tertio: q̄a in cōposita ptes cōtinue (vel diuisam) proferunt sine interpositione modi: vt albū esse nigrū est possibile: indiuisa vero partes p̄ferunt discōtinue: siue mod⁹ pōit̄ in ptes dicti vt albū possibile est esse nigrū: in vtraq̄z igit̄ tam diuisa q̄z cōposita modus determinat et ampliat cōpositiōem: ideo sunt simpliciter modales. Nec etiā iste situs modi inter partes dicti ē de necessitate forme diuise pp̄oīs: eo q̄ sic nō oportet distinguere pp̄oēs modales: alio mō formatas qd̄ est cōtra philosophū qui fundat in hac distinctiōe duos locos sophisticos: sc̄z: cōpositiōis et diuisiōis: v̄n̄ Aristote. primo Elencoā distinguit eas dicēs: q̄ in cōposita partes p̄ferunt cōtinue: h̄ in diuisa discōtinue.

Propositio modalis cōposita et diuisa differūt.

Secūm ali-
os differūt
quod dupl'r.

Modi fac-
ientes p-
positiones
modales
capiuntur
dupliciter.

¶ Primo: quia in p-
pōe modali cōposita: modus dicit
differētiā p-
pōis. i. dicit necessitatē: possibilitatē: vel im-
possibilitatē p-
pōis p q̄ dictū supponit. In diuisa vō
modus dicit differētiā entis. i. dicit necessitatē: possi-
bilitatē: vel impossibilitatē rez p q̄b^o subiectū supponit

¶ Secūdo: quia i p-
pōe modali cōposita modus nō am-
pliat tēp^o importatū p copulā: in diuisa vō ampliat

¶ Tertio: quia in cōposita dictū cad oīa vel ad aliq̄.
semp supponit materialiter p vna cathegorica de in-
esse: in diuisa autē capit significatiue ⁊ psonaliter.

¶ Quarto: quia incōposita copula modificat: in diuisa
vero nō.

¶ Cathegorematicē: vt sunt differētie
entū vel rez: ⁊ put dicūt possibilitatē
contingētiā: impossibilitatē: aut neces-
sitatē entis: ita q̄ possibile idē ē q̄ pos-
tens esse: impossibile nō potēs esse: ⁊ ne-
cessariū nō potēs nō esse: vnde dicim^o
de^o ē necessariū quoddā: antichristus
est possibile quoddam.

¶ Sincathegrematicē: put sunt q̄-
dā sincathegremata denotātia possi-
bilitatē: contingētiā: impossibilitatē: ne-
cessitatē vniōis p̄dicati cū subiecto.
Et sic faciūt p-
pōem modale diuisam
Est enī officiū copule denotare veram
vniōē p̄dicati cū subiecto: officiū au-
tē mōi ē denotare talē vel talē vniōē:
puta possibile vel impossibile: p̄tin-
gentem vel necessariam,

¶ Secūdo intentiōaliter: siue vt sunt termini scēde inten-
tionis: ⁊ put sunt differētie p-
pōis dicētes possibilita-
tem: contingētiā: impossibilitatē: vel necessitatē p-
pōitionis. Et sic faciūt p-
pōitiones modales cōpositas.

**De subiecto ⁊ p̄dicato p̄positio-
num modalium.** Secūm aliquos aliquot dantur regule.

¶ Prima. In oī p-
pōe modali de sensu cōposito: i q̄ modus ē nomē:
si ponit talis modus a pte subiecti: ipse est subiectū ⁊ dictū p̄dicatū vt
possibile est Socratē currere: hic iste modus possibile est subiectū: ⁊ hoc
dictū Socratē currere est p̄dicatū: ⁊ hoc verbū est. copula. si vero mo-

dus ponitur a parte p̄dicati: ipse est p̄dicatū hoc verbū est copula.
 Et dictum subiectum: vt Socratem currere est possibile. ¶ Secun-
 da. In qualibet pp̄se modali de sensu cōposito i q̄ modus est aduer-
 biū: vt hic: necessario hō est aīal. Necessario p̄t capi dupliciter: vno
 modo vt est differētia pp̄ois: et sic subiectum et p̄dicatū iudicant̄ fm
 eius resolutionē: vt ista necessario hō est aīal resoluit̄ sicutalis. pp̄osi-
 tio hō est aīal est necessaria. Hoc totū talis pp̄o hō est aīal est sub-
 iectum: et est: est copula: necessaria est p̄dicatū. Aliomodo necessaria
 p̄t teneri vt est differētia rei. Et sic est modalis de sensu diuiso. Et hō
 est subiectū: aīal p̄dicatū. Et est: est copula modus vō nec est pars
 subiecti nec p̄dicati: s̄ est determinatio copule. ¶ Tertia. In pp̄o-
 sitione modali de sensu cōposito in qua modus ē verbū extrema sunt
 iudicanda fm resolutionē vt: contingit Socratē currere: resoluit̄ sic:
 cōtingēs est Socratē currere: p̄tingēs est subiectū. Et: est copula. So-
 cratē currere est p̄dicatū. Sed ista Socratē currere contingit: resoluit̄
 sic. Socratē currere est p̄tingens. Socratē currere est subiectū. Et: est
 copula: et p̄tingens p̄dicatū. ¶ Quarta. In pp̄se modali diuisa il-
 lud q̄ p̄cedit copulam est subiectū: et illud q̄ sequit̄ est p̄dicatū: et hoc
 intelligit̄ si modus nosaliter tenet̄: vt hoīem possibile est esse aīal: pri-
 mus actus est subiectū: sc̄s qui regit̄ ab infinitiuo a parte post est p̄-
 dicatū. Et modus cū duplici verbo est copula. ¶ Quinta. Quā in
 pp̄se ponit̄ modus negatiu⁹: talis nō debet assignari p̄ copula: q̄a
 sic idem determinaret seipsū. s̄ debet dici: q̄ suus modus affirmati-
 uus cū duplici verbo est copula: et q̄ negatio fert̄ sup̄ copulā. Et fm
 hūc modū loquēdi ista hoīem impossibile est esse asinū: hoīem est sub-
 iectū: asinū p̄dicatū. Et hoc cōplexū possibile est esse copula: et negatio
 inclusa i illo modo impossibile nō est pars alicui⁹ extremi. ¶ Sex-
 ta. Quā in pp̄se modali diuisa modus tenet̄ aduerbialiter: tunc illud
 q̄ est ante copulā est subiectū: et q̄ post copulā p̄dicatū: solū q̄ mo-
 dus tūc fm eos nō est copula s̄ determinatio copule: vt hō possibiliter
 est currens: hic hō est subiectū: currens p̄dicatū: s̄ possibiliter est de-
 terminatio copule. ¶ Septima. Si in pp̄positiōe modali diuisa mo-
 dus ponit̄ verbaliter idem erit sicut si aduerbialiter ponet̄: vt Socra-
 tem p̄tingit currere: resoluit̄ sic Socratē p̄tingēs est esse currentē. So-
 cratē est subiectū: currentē p̄dicatū: et hoc cōplexū contingens est esse
 copula: infinitiuus tū est principalior pars copule.

De quantitate propositionū modalium

Quantitas p̄sequit̄ subiectū seu materiā sicut q̄litas formā. In mo-
 dali autē duplex est subiectū: sc̄s: subiectū dicti: et subiectū enūtiationis

Subiectus
est duplex:
videlicet:
subiectum

Quantitas
in ppōib⁹
modalib⁹
pōt atten-
di triplr.

¶ **Dicti** siue locutiōis: Est de quo in ppositione modalis sit locutio ⁊ sermo: vt sic dicēdo: Socrate currere est possibile: hic Socrate est subiectū dicti siue locutiōis: quia de Socrate in hac ppositione sit sermo.

¶ **Enunciatiōis**: Est totū dictū videlicet actūs cum infinitiuo qđ subicit respectu verbi. Et fm hoc q̄ntitas potest attendi: vel ratione subiecti dicti: vel ratione subiecti enunciationis.

¶ **Unomodo** ex pte subiecti dicti. Et sic pprie modalis est eiusdem q̄ntitatis cū sua p̄iacente: p̄iacēs autē dicat̄ ppō q̄ remanet qñ subiectū dicti resoluit̄ in n̄m ⁊ infinitiu⁹ in v̄bū psonale finiti modi: vnde ista: om̄nem hoīem currere est possibile: est vl̄is sicut ista est vniuersalis: om̄is homo currit. Et sic est qđ duplex q̄ntitas in ppōibus modalibus: q̄a quedā sunt vniuersales: quedam particulares: quedam indefinite: quedam singulares: sicut earum p̄iacentes.

¶ **Secōdo**: Ex parte totius dicti. Et sic om̄es sunt singulares singularitate appellatiōis: q̄a in ppōib⁹ modalibus subicit̄ aliqđ singulare dictū cui nō est simplex nomē impositū: vnde quodlibet dictū appellat̄ singulare ratioē cōpositiōis quā facit copula indiuidualis inter sua extrema clausa. Nota em̄ cōpositiōis inter h̄ extrema eadē numero: nō pōt poni inter alia extrema ⁊ ergo i ppōe modalis subicit̄ dictū qđ equipollet termino singulari: vt hoīem currere est possibile: significatur q̄ illud singulare dictum sit possibile.

¶ **Tertio**: Ex pte modi: ⁊ p cōparationē modor̄ ad signa: nā sicut sunt quedā signa vl̄is: sic sunt qđā modi vl̄es: vt isti necesse impossibile: cōparant̄ istis signis vniuersalibus: ois: nullus. Et sic quedā sunt signa particularia: ita etiā quidā modi pticulares vt sunt possibile: possibile nō qui cōparant̄ istis signis pticularibus quidā: ⁊ quidam nō. Versus. Om̄e necesse valet: valet impossibile nullus: possibile quidam: quidam non possibile non.

De qualitate propositionū modalium

aliquot dan̄ regule. ¶ **Prima**: ppō modalis in q̄ nec negatio ponitur ad dictū neq; ad modū est simpliciter affirmatiua: vt Socrate

currere est possibile: Socrate currere est necesse. ¶ **Secunda:** ppō modalis i q̄ ponit negatio tā ex pte mōi: q̄ ex pte dicti: talis ppō est simpliciter affirmatiua: vt Socrate nō currere nō ē possibile: q̄a ipsa equi pollet huic Socrate currere est necesse. ¶ **Tertia:** quicūq; in ppōe modalis tñ vna ponit negatio: vel ex pte dicti: vel ex pte mōi: talis ppō ē negatiua ex pte illius cōpositiōis cui negatio adiungit: id tñ p̄sideran dū q̄ q̄litas ppōis modalis p̄cipaliter est attendēda penes copulā q̄ mediat inter dictū ⁊ modū: q̄a si illa ē affirmatiua ppō simpliciter est dicēda affirmatiua. Et si negatiua fuerit ppō negatiua est censēda

Regule de equipollentijs ppositio-
num modalium. ¶ **Prima:** de quocūq; dicto affirmatiuo p̄dicat̄ affirmatiue iste modus possibile: de eodē affirmat̄ ille modus p̄tingēs. Et ab eodē dicto affirmatio negat̄ iste mod⁹ impossibile. Et de tali dicto negato negatiue p̄dicat̄ iste modus necesse. Et hec regula figurali ter denotat̄ p̄ hanc dictionē amabim⁹ in q̄ omnes ppositiones equipollent. ¶ **Secunda:** de quocūq; dicto negato affirmat̄ possibile: de eo affirmat̄ iste modus p̄tingēs. Et ab eodē negat̄ impossibile. Et a tali dicto affirmato negat̄ necesse. Et h̄ regula notat̄ p̄ hanc dictionē Edentuli: in q̄ etiā omnes ppōes designate inter se equipollent ⁊ p̄uertunt̄ p̄ hanc regulam. ¶ **Tertia:** a quocūq; dicto affirmato remouet̄ possibile: ab eodem remouet̄ p̄tingēs: ⁊ eidem attribuit̄ impossibile. Et eius opposito contradictorio attribuit̄ necesse. Et hec regula notat̄ per hanc dictionē Iliaceim q̄ ppositiones posite equipollent ⁊ p̄uertunt̄ inter se per hanc regulā. ¶ **Quarta:** a quocūq; dicto negato remouet̄ possibile: ab eodem remouet̄ contingens. Et eidem attribuit̄ impossibile: ⁊ eius opposito contradictorio attribuitur necesse: ⁊ significat̄ per hanc dictionē purpurea: in qua ppositiōes iuxta vocales in ea positas ordinatē equipollent ⁊ conuertuntur inter se p̄ hanc regulam: vnde p̄o in intellectu ordinationis ppositionū iuxta quattuor dictiones in regulis positas est sciēdū: qd̄ in eisdem dictionibus ponunt̄ quattuor vocales penes quas debet fieri ordinatio ppositionū modalium in talibus dictionibus: v̄l lineis positarū. Si ergo in aliqua sillaba predictarū dictionū ponitur **A**. ostendit̄ q̄ ppositio modalis p̄ talem sillabam designata: debet esse vtrōq; affirmatiua: tam ex parte dicti q̄ ex parte modi. Si **L**. debet esse negatiua ex pte dicti tantum. Si **F**. debet esse negatiua ex parte modi tñ. Si **V**. designat̄ quod debet esse negatiua ⁊ ex parte modi ⁊ etiā ex parte dicti. Versus. **L** dictus negat: **F** que modum. **A** nihil: **V** totū. ¶ **Et** autem predicta magis innotescat̄ quedam figura quadrata oculis nostris subiicitur.

Pur	socratē nō currē nō ē possibile	¶	socratē currē nō ē possibile.
pu	socratē nō currē nō ē ptingēs.	¶	li socratē currē nō ē ptingens
re	socratē nō currē ē ipossible	a	socratē currē ē impossibile.
a.	socratē currē est necesse	ce.	socratē nō currē ē necesse



A Socratē currē est possibile. **¶** Socratē nō currere est possibile
ma socratē currere est cōtingēs dē socratē nō currē est cōtingēs
bi socratē currē nō ē ipossible **tu** socratē nō currē nō ipossible
m^o. socratē nō currē nō ē necesse **li** socratē currē nō est necesse.

¶ Prolationi intelligentia figure prece-
 dentis notant tres regule. ¶ **Pr^a:** Ad faciendum eqpollere ppōnes
 de possibili z impossibili ponēda est negatio ad modū tm̄. ¶ **Secūda**
 Ad faciēdū eqpollere ppōes de necessario z possibili ponēda ē nega-
 tio ad dictū z ad modū sil: qz opponunt subalterne. ¶ **Tercia.** Ad fa-
 ciēdū eqpollere ppōes de necessario z ipossibili: ponēda est negatio
 ad dictum tm̄: qz opponunt p̄rie. ¶ **Sciendum** q in ppositionibus
 modalib⁹ ponere negatōem ad modū se habet sicut preponere signo
 negatōem in illis de messe. Sed ponere negatōem ad verbus se habet
 sicut negatōem postponere signo: z ponere ad modū z ad verbum sil
 habet se sicut preponere z postponere signo negatiōes. Et hoc ē iuxta
 intentōem z declaratōem Petri hispani.

Secūm alios adhuc ponūt alie regu-

le de equipollentia ppōnum modaluz ¶ Prima: Equipollen-
tes sp debent eē eiusdē q̄lītatis: ⁊ eiusdē q̄ntitatis Nec em̄ regula ha-
bet veritatē non solū in ppōibus modalibus: s̄ etiā in ppōibus de
inēsse. ¶ Sc̄da est. Equipollentia in modalibus pōt tripliciter
sumi: vno mō ex pte dicti: alio mō ex pte modi: tercio ex pte vtriusq̄ si-
mul. Et pte itaq̄ dicti sumit equipollentia eodē modo in modalibus
sicut in illis de inēsse: ⁊ hoc si ob̄suet̄ idētitas modi sic q̄ non teneat̄
aliter in vna ppōne q̄ in alia. ergo iste nō equipollent/ nullū hoīem
possibile est esse albū: ⁊ oēm hoīem possibile est non esse album. Nā
prima est falsa ⁊ sc̄da vera. in prima em̄ modus tenetur vniuersaliter
ppter negatōem p̄cedentem: ⁊ in sc̄da modus nō tenet̄ vniuersaliter
eo q̄ negatio sequit̄ modum. ¶ Tercia: pporcinando modus ad
signa: videlicet qd̄ necesse valeat sicut omnia: ⁊ impossibile sicut nullū
⁊ possibile sicut quidam/ ⁊ possibile non sicut quidā non. tunc enim
negatio postposita modo facit equipollere suo p̄ria: ⁊ p̄posita suo cō-
tradictorio ⁊ p̄posita ⁊ postposita suo subalterno ¶ Quarta. Si in
aliq̄ ppōe p̄ponat̄ negatio signo ⁊ mō/ tunc equipollet vni de signo
contradictorio ⁊ mō p̄dictorio: vt isti equipollent/ non oīs hō possi-
biliter est albus. ⁊ quidā hō impossibiliter est albus ¶ Quinta. Si
in aliqua ppōe ponat̄ negatio post signū ⁊ modū: equipollet vni de
signo p̄rio ⁊ modo p̄rio. vt qlibet homo necessario non currit/ espol-
let huic/ nullus hō impossibiliter currit ¶ Sexta regula. Si in aliq̄
ppōne ponatur negatio ante ⁊ post signū ⁊ modū: equipollet vni de
signo ⁊ modo subalterno: vt non oēm hoīem necesse est non eē albus
equipollet huic: quendā hoīem possibile est esse albū. Et hec regule vi-
delicet quarta quinta ⁊ sexta: sunt ad habendā equipollentiā modali
um ex pte modi ⁊ subiecti s̄l in ppōne modalī de sensu diuiso.

De oppositōe ppōnum modalium.

¶ Primo ordine q̄ designantur p̄ hāc dictionē am-
bimus/ oēs sunt p̄ticulares ex pte modi formaliter vt
equiuallenter/ tam affirmatiue q̄ negatiue: eo qd̄ oēs
equipollent isti/ socratem currere est possibile/ que est
particularis affirmatiua ratione modi.

¶ Sc̄do: ordine q̄ f̄cant̄ p̄ h̄ edentuli p̄ticulares nes-
gatiue ex parte modi/ quia equipollent huic/ socrates
nō currere est possibile

¶ Inter p
positiones
modales
superi^o posi
tas in figu
ra q̄ttuor
ordinibus
distinctas omnes propositiones que sunt de

¶ Tercio ordine: que designatur p lij iliace sunt vni
uersalis negatiue ratione modi: qz equipollent huic
socratem currere est impossibile: que est vniuersalis
negatiua ratione modi.

¶ Quarto ordine q̄ designant per lij purpurea sunt
vniuersales affirmatiue: qz equipollent huic socrate
currere est necesse que e vniuersalis affirmatiua rati
one modi

Ad cognoscendum oppositionem pro

positionum modalium dantur regule. ¶ Prima: q̄ ppositiones de
q̄rto ordine: z de tertio ordine p̄trariant inter se: qz vniuersalis affir
matiua p̄positio: z vniuersalis negatiua contrariatur inter se: sed ille
que sunt de quarto ordie sunt vniuersales affirmatiue: z ille de tertio
vniuersales negatiue: ergo sunt p̄trarie. Versus. Tertius est quarto
semper contrarius ordo.

¶ Secunda: ppositiones de primo z secu
do ordine sunt subcontrarie inter se: quia subcōtrarie sunt particula
res affirmatiue: z particularis negatiua: sed ille de primo ordine sunt
particulares affirmatiue: z ille de secundo ordine particulares negati
ue: ergo subcontrariantur inter se Versus. Sit tibi linea subcōtraria
prima secunde.

¶ Tertia: ppositiones de primo z tertio ordine
contradicunt inter se: quia particularis affirmatiua cōtradicit vniuer
sali negatiue: sed p̄positiōes de primo ordine sunt particulares affir
matiue: z ille de tertio ordine vniuersales negatiue: ergo p̄tradicunt in
ter se Versus. Tertius est primo p̄tradicorius ordo.

¶ Quarta:
p̄positiōes de q̄rta ordine contradicunt illis que sunt de secōdo ordine:
quia p̄positio vniuersalis affirmatiua cōtradicit particulari nega
tiue: sed p̄positiōes negatiue de quarto ordine sunt vniuersales affir
matiue: z p̄positiōes de secūdo ordine particulares negatiue: ergo
contradicunt Versus. Pugnat cū quarto p̄tradicēdo scōs.

¶ Quinta:
p̄positiōes de primo ordine subalternantur illis que sunt de quar
to ordine: quia p̄positio particularis affirmatiua subalternat p̄posi
tioni vniuersali affirmatiue: sed ille que sunt de primo ordie sunt par
ticulares affirmatiue: z ille de quarto ordine vniuersales affirmatiue:
ergo. Versus. Prima subest quarte vice particularis habens se.

¶ Sexta: p̄positiōes de secundo ordine subalternant illis que sunt
de tertio ordie: quia particularis negatiua subalternat vniuersali ne
gatiue: sed p̄positiōes de secūdo ordine sunt particulares negatiue:
z p̄positiōes de tertio ordine vniuersales negatiue: ergo Versus.

Hanc habet accriem se lege scda sequentem. Ordo subalternus est primus siue secundus.

¶ Septima: ad danda p̄dictōem in modalibus negatio debet poni ad modū: qz sicut se hz verbū in illis de inesse: sic mod⁹ in modalibus h̄ ad danda p̄dictōes in ill' de inesse negatio dz ferri ad verbū: ḡ ad dā dā p̄dictōs in modalib' negatio est ponēda ad modū. Nec refert vtz negatio imediate p̄sit ad modū vel ad p̄positōes: vt non refert dicere socratē currere non est possibile: v' socratē currere est non possibile.

**ponunt adhuc alie regle de opposi-
tione p̄positionū modalū de sensu diuiso. Et primo singularium.**

¶ Prima regula. Qz singulares eiusdē sbiecti z eiusdē p̄dicati differen-
tes scōz q̄litate z q̄sitate modi sunt p̄dictorie: vt socratē necesse est cur-
rere/socratē possibile est nō currere.

¶ Secda regula singulares eiusdē sbiecti z eiusdē p̄dicati diuerse q̄litate: z ambe de mō vnūersali op-
ponunt p̄rie/vt socratē necesse est vigilare/z socratē ip̄sibile est vigi-
lare.

¶ Tertia. p̄pōes singlares eiusdē sbiecti z eiusdē p̄dicati et
diuerse q̄litate: sicut qz ambe sint de mō p̄ticulari opponunt subcōtra-
riē: vt socratē possibile est ambulare/socratē possibile est nō ābulare.

¶ Quarta: p̄pōes singulares eiusdē sbiecti z eiusdē p̄dicati z eiusdē
qualitate: sed vna vnūersalis de mō/z alia p̄ticularis de mō oppo-
nunt subalterne/vt socratē necesse est eē aiā: z socratē possibile eē eā al

**De oppositiōe p̄positionū modalū
de sbiecto cōi dantur regule.**

¶ Prima: p̄pōes modales de sbiecto
cōi que sunt de modis contrarijs opponunt cōtrarie: vt hominem
necesse est esse animal/z hoīem impossibile est esse animal. Et de mo-
dis p̄dictorijs p̄dictorie/vt hominem necesse est esse animal: hominē
possibile est nō esse animal/z de modis subcontrarijs subcōtrarie: vt
hoīem possibile est esse aiā/z hoīem possibile est nō esse animal. Et
de modis sbalternijs sbalterne/vt hoīem necesse est esse animal. Et ho-
minē possibile est eē aiā. ¶ Secda regula est: qz si p̄pōes de sbiecto
cōi eiusdē sbiecti z p̄dicati fuerint diuerse q̄litate: z diuerse quātitate
tam dicti q̄z modi/ille sunt contradictorie: vt omnem hominē ne-
cesse est esse animal z quendā hoīem possibile est non esse animal.

¶ Tercia. Qz si tales p̄pōes de sbiecto cōi sint diuerse q̄litate z am-
be vnūersales tam de dicto q̄z de mō: ip̄e opponunt p̄rie: vt omnem
substantiā necesse est esse deū: z oēm subam impossibile est esse deum.

¶ Quarta: Si p̄pōes de sbiecto cōi diuerse q̄litate ambe fuerint

particulares: tam de dicto q̄ de modo / ipe pprie sunt subcontrarie
vt aliquem hominem possibile est vigilare: ⁊ aliquem hominē possi-
bile est non vigilare.

¶ Quinta. Si propositiones modales de
subiecto communi sunt eiusdem qualitatis ⁊ vna sit vtrobique vniuer-
salis ⁊ alia vtrobique particularis sunt proprie subalterne / vt iste due
omnem hoies necesse est eē animal: ⁊ aliquē hoies possibile est eē animal.

¶ Sexta: vniuersales de eodē mō opponunt p̄rie scōm legē ⁊ modū
modo diffōmiter se habēt: vt oī animal possibiliter est albū: ⁊ nullū
animal possibiliter est albū / vtz si modus vniuersalis fuerit: non est
opus: vt ille modus negat in altera cū vniuersalitas possit in vtraque
p̄riaz manere: vt iste sunt p̄rie: q̄libet hō necessario est animal: et q̄libet
homo necessario non est animal.

¶ Septima: ad hoc q̄ p̄positiones
de eodem modo opponunt contradictorie requirūt: q̄ modus diffō-
miter se habeat: sed ad subcōtrarias si sit modus vniuersalis requirūt
q̄ si non negetur in vna: neget in alia: potest tñ in vtraque negari: quia
tunc erit particularitas: sed si sit modus particularis nō est opus in
altera ipsum negari sed si negetur in vna non debet negari in alia.

¶ Octaua. p̄positionēs modales diuise vniuersales ex parte subiecti
⁊ particulares ex parte modi similiter p̄ticulares / vel indefinite ex par-
te subiecti: ⁊ vles ex pte modi nō opponunt ḡra forme: q̄a tales sunt
aliqui simul vere ⁊ aliqui simul false: vt poterit ex eis ostendere.

De conuersione propositionum mo- dalium. Et primo de sensu composito.

¶ Vno modo: quo ad se totas sc̄s faciendo de subie-
cto p̄uere p̄dicatū cōuertentis: ⁊ de predicato p̄uere
subiectū cōuertentis: vt hoiem esse animal est possibile: er-
go possibile ē hoiem esse animal: ⁊ isto modo modales
cōposite cōuertunt eodē modo sicut ille de inesse.

¶ Alio mō: non quo ad se totas: s̄ quo ad partes di-
cti sc̄s transponēdo partes dicti modo s̄ly se habenti:
vt ho:em esse animal est possibile. Sed p̄ ista cōuersi-
one modalium cōpositarū subiiciunt aliquę regule.

¶ Prima: q̄ modalis cōposita de istis modis fallum ⁊ impossibile
nō p̄uertunt ex parte dicti eodem modo: sicut ille de inesse: vt nō sequi-
tur: omne animal esse hoiem est fallum vl' impossibile / ergo hominē esse
animal est fallum vel impossibile.

¶ Secūda: p̄positio modalis cōposita de isto modo verū: possibile:
vel necessariū nō p̄uertit omnino eodem modo sicut ille de inesse quo

Modales
compositę
dupl'r con-
uertuntur.

ad partes dicti: vt nō sequit̄ /hoiēm esse aīal est vez: possibile v̄l necessarium: ergo animal esse hoīem est verum: possibile vel necessarium
Nam supposito: q̄ ista ppositio sit homo est animal: z nō ista: animal est homo /antecedens est verū: z cōsequens falsum.

¶ Tertia. ppositio modalis de isto modo verū possibile vel necessarium quo ad partes dicti pvertunt eodē sicut ille de inesse: z hoc supposita pstantia ppoīs in antecedēte p q̄ supponit dictū in cōsequenter: vt bene sequit̄ hoīem esse aīal est verū /possibile /vel necessariū /z hec ppositio aīal est /hō est: ergo animal esse hoīem est verū possibile vel necessariū: quia si antecedēs alicui⁹ bone cōsequētie sit verū /possibile v̄l necessariū: psequēs erit vez possibile vel necessariū si formetur

De conuersione modalium de sensu diuino

ponuntur regule. ¶ Prima: omnis vniuersalis negatiua de necessario cōuertit̄ in vniuersalē negatiuā de necessario: vt nullū hoīem necesse est esse asinū: ergo nullum asinū necesse ē esse hoīem: z hoc materialiter: quia formaliter nulla negatiua de necessario est pvertibilis qñ negatio pcedit modū: vt non sequit̄: nullū hoīem necesse est currere: ergo nullum currēs necesse est esse hominem: antecedēs verum: z cōsequēs falsum: quia psequēs valet tm̄: nihil qd̄ est vel potest esse currēs necesse est esse hoīem: modo hoc est falsum: quia Socrates potest esse vel est currēs quem necesse est esse hoīem.

¶ Scda: oīs ppositio affirmatiua de necessario pvertibilis est in vnam affirmatiuā de possibili: z hoc modo vniuersalis cōuertit̄ p accidēs: sed indefinita z particularis simpliciter. Exemplū primi: omīem hoīem necesse est esse aīal: ergo aliquod aīal possibile est esse hoīem. Exemplum secūdi: ali quē hoīem necesse est esse animal: ergo aliqd̄ aīal possibile est esse hominē

¶ Tertia: omnis ppositio affirmatiua de possibili de dicto cōi cōuertibilis est in affirmatiuā de possibili: ita q̄ vniuersalis affirmatiua de possibili conuertit̄ per accidēs in particularem affirmatiuam de possibili: vt omīem hoīem possibile est esse animal: ergo aliqd̄ animal possibile est esse hoīem. Particularis vero affirmatiua in particularem affirmatiuā de possibili: vt aliqū hominē possibile ē esse currētem: cōuertit̄ in istam: ergo aliqū currētē possibile est esse hominem.

¶ Quarta: ppositio negatiua de possibili in qua negatio ponitur post mediū ante verbū /non est conuertibilis: quia sic ex vero sequeret̄ falsum: vt non sequit̄: aliqd̄ animal possibile est non esse hominem: ergo aliqū hoīem possibile est nō esse animal: antecedens verū: z cōsequēs falsum.

¶ Quinta: ppositio modalis de impossibili de

sensu diuiso cōuertibilis est sicut vna de inesse: seruando q̄ non arguatur a non distributo ad distributū: vt hoīem impossibile est esse asinum: ergo asinū impossibile est esse hoīem. ¶ Sexta: particularis vel indefinita negatiua de impossibili: nō p̄uertit formaliter: vnde nō sequit̄: aliquod lucēs sup̄ nostrū emisperiū impossibile est non esse solem: ergo aliquē solē impossibile est non esse lucentē sup̄ nostrū emisperium: quia in nocte omnis sol non lucet super nostrū emisperium.

¶ Septima: p̄positio de impossibili negatione p̄posita non conuertit̄ formaliter: quia nō sequit̄: non creatē impossibile est non esse deum: ergo aliquē deū impossibile est non esse creatē. Consequēs falsum: quia quilibet deus potest non creare cū deus contingenter creauit. ¶ Octaua: p̄positio de contingenti ad vtrūlibet affirmatiua siue fuerit vniuersalis: siue particularis: siue indefinita non cōuertit̄ in vnā de p̄tingēti: sed i vnā de possibili: vt non sequit̄: deū p̄tingit creat̄: reigitur creatē contingit esse deū. Itē deus contingenter creat: ergo creat̄s contingenter est deus: sed sicigit̄ deus possibiliter est creat̄s.

¶ Nona: p̄positio de contingenti ad vtrūlibet non conuertit̄ formaliter: & maxime vniuersalis: vt non sequit̄: nullū creat̄s contingit esse deum: ergo nullū deū contingit esse creatē: quia prima est vera & secunda falsa. Et hee regule intelligunt̄ de cōuersiōe in terminis trāspōnendo sez extrema. ¶ Decima: omnis p̄positio de p̄tingēti p̄uertitur in oppositā qualitātē manente eadem q̄ntitate & eodē ordine terminorū: vnde conuersiō in oppositā qualitātē est duarū p̄positionū categoricarū vtroq; termino participantium fm̄ eundem ordinem eiusdem q̄ntitatis: & apparenter diuerse qualitatis vniū ad aliā formalis consequētia: vt hoīem contingit esse album: ergo hoīem contingit non esse album. Et intelligit̄ regula dūmodo in vna earū istī modo contingens postponat̄ negatio: quia non sequit̄: Socratē contingit esse album: ergo Socratē nō contingit esse album eo q̄ iste cōtradiciunt. ¶ Vnde Corrolarie sequit̄ primo: q̄ p̄positio de contingenti in qua nulla ponit̄ negatio cōuertit̄ in oppositā qualitātē in aliam in qua isti modo contingēs postponit̄ negatio: & e contra illa in qua isti modo contingens postponit̄ negatio: p̄uertit̄ in alia in qua nulla ponitur negatio. ¶ Corrolariū fm̄ p̄positio de contingenti in q̄ isti modo contingens p̄cise p̄ponitur negatio: cōuertit̄ in oppositā qualitatem in alia: in qua isti modo contingēs p̄ponit̄ & postponitur negatio: & e contra: vt bene sequitur: nullum hoīem cōtingit esse asinum: ergo nullum hoīem contingit non esse asinū. Et t̄m̄ de modalibus: & per consequens de prima parte huius opusculi.



Altera pars ē de Sylogismo quo ad eius bonitatem ⁊ di- spositionē i modo ⁊ figura.

Sylogis-
mus ē du-
plex.

¶ Contractus dicitur ille qui est tractus ad aliquā specialem materiā scz necessariam: vel pbabilem: vel a pparenter probabilem.

¶ Incontractus vocat̃ sylogismus simpliciter dictus ⁊ fm formam solum consideratus: non habendo respectum ad aliquam certam materiam.

Sylogis-
mus sim-
pliciter di-
ctus dicitur
duplex.

¶ Unomō vt simpliciter valet tm̃ sicut vniuersaliter vt sit sensus: sylogismus simplr̃ dicit̃: id est: vniuersaliter consideratus. Et sic a quibusdam ponit̃ subiectū totius logice: quia in tota logica consideratur de sylogismo in communi: vel de partibus eius.

¶ Aliomodo vt simplr̃ valet tm̃ sicut incontracte: vt sit sensus: sylogismus simpliciter dictus: id est incontractus vel non contractus ad aliquā materiā specialem. Et sic est subiectū in quarto tractatu Petri hispani. Et in libris Priorū. Et similiter in hac parte.

¶ Sylogismus simpliciter dictus est subiectū in quarto tractatu Petri hispani. q̃ illud est subiectū: cui passiones principaliter psiderate in tali scientia p vera principia demonstrant̃ inesse: sed sylogismus simpliciter dictus est huiusmodi: ergo est subiectū: minor pbat̃ p talē demonstrationē: omnis oratio in q̃ quibusdā positis ⁊ concessis necesse est aliud accidere: p ea que posita sunt ⁊ concessa: concludit vniuersaliter vel particulariter: affirmatiue vel negatiue: sed ois sylogism⁹ simpliciter dictus est huiusmodi: ergo omnis sylogism⁹ simpliciter dictus concludit vniuersaliter vel particulariter: affirmatiue vel negatiue: vn de pprie passiones sylogismi simpliciter dicti sunt: concludere vniuersaliter vel particulariter: affirmatiue vel negatiue. Principia sunt quadruplicia: scz: materialia: formalia regulatiua ⁊ pfectiua: de quib⁹ post ea dicit̃. Partes autē subiectiue eius sunt sylogismus affirmatiuus: ⁊ sylogismus negatiuus. Sūt tm̃ aliqui qui dicūt passionē ipsius sylogismi eē modale vel figurale. ¶ Alij dicūt passiones illatiuā psequētis ex antecedente: ⁊ faciūt cōsimiles demonstratiōes: vt superius facta est.

¶ Pro intellectu eorum que dicent̃ est notandum

Sylogis-
mus e du-
plex.

¶ **Ipotheticus** Est sylogismus: cuius ad min^o vna
premissarū est propositio ipothetica: vt est argumen-
tum a tota conditionali cum positione antecedentis
ad positionē consequētis: vt si homo currit animal cur-
rit: sed homo currit: ergo animal currit.

¶ **Cathegoricus** Est sylogismus / cuius quilibet pre-
missarum est propositio cathegorica.

Sylogis-
mus ipo-
thetic^o ha-
bet tres spe-
cies.

¶ **Prima:** a tota cōditionali cum positioe anteceden-
tis ad positiones consequentis: vt si Socrates currit
Socrates mouet: si Socrates currit: ergo Socrates
mouetur.

¶ **Secūda:** a tota cōditionali cū remotioe consequētis
ad remotionē antecedentis. vt si homo currit: homo
mouetur: ed nullus homo mouetur: ergo nullus ho-
mo currit.

¶ **Tertia:** a tota disiunctiua cum destructione vnius
partis ad alterā eius partem non destructam: vt ho-
mo est animal: vel homo est asinus: sed nullus homo
est asinus: ergo homo est animal.

¶ **Auctus:** Est sylogismus / in quo p̄mittunt plures
ppositiones cathegorice q̄s due ad inferendū plures
conclusiones q̄s vnā: de quo patet sc̄do Priorū: ⁊ pri-
mo Posteriorū: vt om̄e corpus est substantia: om̄e cor-
pus animatū est corpus: om̄e animal est corpus ani-
matum: om̄is homo est animal: ergo om̄e corpus ani-
matū est substantia: ⁊ om̄e animal est corpus: ⁊ om̄-
nis homo est corpus animatum.

Sylogis-
mus cate-
goric^o est
duplex.
ē

¶ **Non auctus:** Est sylogismus in quo premitūtur
tantā due premissē cathegorice ad inferendū tantum
vnā conclusionem.

¶ **Expositorius:** Est sylogismus cuius mediū est ter-
minus singularis: vel saltem terminus cōmunis sin-
gulariter tentus ⁊ vniuoce: a cuius medio ad q̄libet
premissarum ad vnā de omni valet consequentia /
vt Socrates est currens: ⁊ Socrates est homo: ergo
homo est currens.

Sylogis-
mus non
auctus est
duplex.

¶ **Non expositorius:** Est cuius mediū est terminus
cōmunis cōmuniter tentus.

Sylogis-
mus expo-
sitori⁹ est
duplex.

¶ Expositorius virtualiter ⁊ est sylogism⁹ cuius me-
dium est terminus cōis restrictus in vna pmissarum
p relatiuū identitatis: vt iste homo est animal: ⁊ So-
crates est idem animal: ergo Socrates est iste homo.

¶ Exposi-
torius for-
maliter est
cui⁹ medi-
um est ter-
min⁹ hris
singulariter
tent⁹ ⁊ est
duplex.

¶ Perfectus est qui manifeste regu-
latur p hoc principiū quecumq; vni ⁊
eidē sunt eadē inter se sunt eadē: vt sūt
sylogismi expositoriij tertie figure: vt h
currit ⁊ hoc est homo: ergo hō currit.

¶ Imperfectus Est qui nō manifeste re-
gulat p hoc principiū quecumq; vni ⁊
eidē sunt eadē. ⁊c. vt sunt sylogismi pri-
me ⁊ scōe figuray: vt h est hō ⁊ risibile
est hoc. ḡ risibile est hō. Et tales redu-
cuntur ad sylogismos tertie figure.

Sylogis-
mus expo-
sitori⁹ ad-
huc ē du-
plex.

¶ Affirmatiu⁹ est sylogismus cuius pclusio est ppō
affirmatiua: vt hoc currit ⁊ h est hō: ḡ homo currit.

¶ Negatiu⁹ est sylogism⁹ cui⁹ cōclusio est ppositio
negatiua: vt hoc non currit: ⁊ hoc est homo: ergo ho-
mo non currit.

¶ Prima: q; mediū sit terminus hris singulariter ten-
tus ⁊ ipsum totū sit terminus hris: ideo nō sequit^r ho-
mo est animal: ⁊ asinus est animal: ergo asinus est homo
eo q; mediū est termin⁹ cōis. Silr non sequit^r: scientia
Iohannis est grāmatica. Sciētia Platonis est musica:
ergo grāmatica est musica: quia mediū fm se totū nō
est termin⁹ singularis vel singulariter tentus.

¶ Scōa: q; medium teneat vniuoce ⁊ nō equiuoce: ḡ
non sequit^r hoc est homo demonstrando Soeratem:
⁊ hoc est asinus: demonstrando brunellum: ergo asi-
nus ē hō: q; mediū tenet equiuoce. Aliud em̄ demon-
strat in maiori ⁊ aliud in minori p illud pnomē hoc.

¶ Tertia: q; a tali medio ad vnā ppositionē vniuers-
salem valeat cōsequētia: ⁊ ppter hoc nō sequit^r: h essen-
tia diuina est pater: ⁊ hec essentia diuina est filius: ḡ fi-
lius est pater. Quā ambe pmissē sunt vere ⁊ pclusio fals-
sa: deficit em̄ hec tertia pditio: q; nō sequit^r hec essentia
diuina est pater: ḡ om̄e qd est hec essentia diuina ē pa-
ter: fili⁹ em̄ ē ens qd est hec essentia diuina tñ nō ē pater

¶ Ad sylo-
gismū ex-
positoriū
requirunt^r
tres pditio-
nes.

¶ De medio infinito: Est syllogismus cuius mediū in vna pmissarū infinitar: vt nullū nō ratiōale est hō: nullus asinus est ratiōalis: ergo nullus asinus est homo

¶ Syllogismus nō expositiōis est duplex,

¶ De medio finito est cuius mediū in nulla pmissarū infinitar: et est duplex.

Perfectus est q nullus indiget p̄ ea que s̄ba sunt vt apparet necessarius. i. q. ppter suam manifestam regulationem nullius p̄cipij reductiui indiget: vt nobis appareat sua euidētia. Et est duplex.

¶ Imperfectus est q indiget: aut vnius: aut pluriū p̄cipiorū reductiuorū vt sua euidētia nobis appareat. Et est

¶ Affirmatiuus q manifeste regulat p̄ h̄ p̄cipiū dici de oī: vel cuius cōclusio est p̄pō affirmatiua: vt syllogismus i barbara: i darij.

¶ Negatiuus q manifeste regulat p̄ hoc p̄cipiū dici de nullo: vel cuius cōclusio est p̄pō negatiua: vt syllogismus in celaret et serio.

¶ Affirmatiuus cuius cōclusio est p̄pō affirmatiua: vt syllogismus i dabitis: baralipton.

¶ Negatiuus cuius cōclusio est negatiua: vt sunt syllogismus secunde figure. duplex.

Syllogismus dicitur perfectus dupliciter.

¶ Perfectione essentiali. Et sic syllogismus dicitur perfectus: cui cōuenit diffinitio syllogismi: vnde perfectio essentialis syllogismi cōsistit in debita dispositiōe et ordinatiōe trium terminorū et duarū p̄positionū. Et h̄ modo quilibet syllogismus dicitur perfectus: cū ei conuenit diffinitio syllogismi: et sit p̄sequētia necessaria syllogistica et formalis.

¶ Perfectione accidentali: q̄ consistit in euidenti illatiōe conclusiōis: q̄ euidētia cōuenit syllogismo: eo q̄ immediate regulat per dici de oī: si sit affirmatiuus: vel per dici de nullo: si sit negatiuus: et sic ille syllogismus dicitur perfectus: cuius cōsequētia est necessaria: et apparet euidēter necessaria: hoc modo solū syllogismus prime figure sunt perfecti: alij autē imperfecti.

¶ Consideratio Petri hispani in quarto tractatu est circa syllogismos
cathegoricos: quo ad eorum bonitatem atq; dispositionem illorum in modo
et figura. Et quo ad eorum principia:

osq; in illis

Principia
syllogismi
sunt triplicia.

¶ Constitu-
tuta sunt
ex quibus consti-
tuitur syllogis-
mus: et sunt
duplicia.

¶ Materi-
ale sunt du-
plicia.

¶ Forma-
lia sunt duo
quorum

¶ Regulativa sunt duo: ut
dici de omni: et dici de nullo.

¶ Reductiva sunt: per quod syl-
logismi occulti regulati re-
ducuntur ad alios syllogismos manifeste regulatos. Et
sunt tria. Conversio: transpositio: per impossibile reductio.

¶ Propinqua sunt inte-
gre propositio: ex quibus im-
mediate constituitur syl-
logismus.

¶ Remota sunt tres
termini ex quibus non im-
mediate sed mediate syl-
logismus constituitur.

¶ Unum formalizat
materiam propositio: sicut mo-
dus syllogisticus.

¶ Alterum formalizat
materiam remotam: syl-
logismi: ut figura syllogi-
stica.

Propositio est oratio affirmativa vel

negativa alicuius de aliquo vel alicuius ab aliquo. Cuius diffinitionis
diffinitio est propositio cathegorica et non hypothetica: quia sic diffinitur propositio: ut
habet ordinem et ingressum ad syllogismum: sed hic solum consideratur de syllogis-
mo cathegorico: quem propositio cathegorica constituit. Ergo hic
non diffinitur propositio hypothetica. Sed quare hic solum determinatur de syllogismo
cathegorico et non hypothetico. Ratio est hec: quia solum consideratur syllogismus
quod est in modo et figura: sed solum syllogismus cathegoricus est in modo et figura: eo quod
modus et figura exigunt debitam quantitatem: sed propositioes hypotheticæ non
sunt quantitate ut in prima parte dictum est ergo.

¶ Propositio consideratur dupliciter. ¶ Unum modo in quantum est signum preceptum mentis:
vel nunciatus nisi intellectus ad exprimendam mentis preceptum: et hoc modo habet ratio-
nem enunciativam: et sibi convenit scire verum vel falsum respectu sui sciatum: et
sic consideratur in primo tractatu. Petri hispani. ideo ibi diffinitur per verum et falsum
ut supra patuit. ¶ Alio modo ut est propositio propinqua syllogismi ipsam materialiter con-
ponens. Et sic dicitur propositio quod non per alio positio: scilicet per conclusionem inferen-
dam: hoc modo consideratur in quarto tractatu. Petri hispani. ubi docet: ex quibus et quibus
liber sit syllogismus: et quomodo sit concludendum: et quia syllogismus maxime ha-
bet variari per affirmativam et negativam: quod se tenet ex parte forme syllogismi
ideo convenienter hic notificatur per affirmationem et negationem: ut patet.

Propositio categorica est duplex.

¶ **Affirmatiua** Est alicuius: scz: predicati de aliquo subiecto: vt homo est animal.

¶ **Negatiua**: Est alicuius: scz: predicati ab aliquo subiecto: vt nullus homo est asinus.

Terminus est in quem resoluitur propositio: vt in subiectum et predicatum.

Terminus capit triplex.

¶ **Primo** cõter et generaliter p omni signo qd põt esse pars ppõis categorice: isto modo sine categoricis signa vniuersalia: particularia: et alia similiter copula dicuntur termini: et hoc modo terminus diuiditur in categoricis et sine categoricis.

¶ **Secundo** proprie solũ p parte essentiali et principali ppõis s̄mõ copula adhuc dicitur terminus: s̄ sine categoricis non.

¶ **Tertio** propriissime solũ p parte principali essentiali et materiali ppõis categorice: et sic solũ subiectum et predicatum dicuntur termini: et non copula eo qd non est pars materialis ppõis: et sic capit hic terminus in hac notificatione cum dicitur: terminus est in quem resoluitur propositio.

¶ **Resolutiua** siue separatiua: et est partium quantitatiuum abinuicem separatio. Et de ista dicitur primo de generatione: eadem sunt principia compositionis et resolutionis.

¶ **Formarũ ablatiua**: Et est quoniam p intellectum auferuntur a re omnes forme substantiales et accidentales: et sic manet occultum quoddam in natura: quod dicitur materia prima.

Et de tali resolutione similitudinaria est ad propositum: sicut enim in natura p intellectum forme rerum separantur a re sic similiter in arte: vnde resolvere in propositum non est aliud quam copulam et sine categoricis ex propositum categoricis.

¶ **Declaratiua** siue expositiua Est qua (ca auferre aliquid inclusum explicat: et talis est duplex: scz: verbalis et notialis: vt superius habitum est in prima parte.

¶ **Probatiua** Est quando probatur aliqua propositio ratione alicuius termini resolubilis in ea positi: de qua agitur in septimo tractatu Petri Hispani.

Dici de omni est: quoniam nihil est sumere sub
subiecto de quo non dicitur predicatum: vt omnis homo currit. ¶ **Dici de nullo est: quoniam**
nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueat predicatum vt nullus homo currit.

Materialiter vt scs supponuntur p materiali silo
gimi / z sic dici de omni est ppd vniuersal affirmatiua
in q pdicatur dr de qlibet supposito subiecti: z dici de
nullo est ppd vltis negatiua: in q pdicatur non dr de
quolibet supposito subiecti vt nullus ho est asinus.

Dici de oi
z dici d nul
lo capiunt
dupliciter.

¶ Materialiter vt scs supponuntur p materiali silo
gimi / z sic dici de omni est ppd vniuersal affirmatiua
in q pdicatur dr de qlibet supposito subiecti: z dici de
nullo est ppd vltis negatiua: in q pdicatur non dr de
quolibet supposito subiecti vt nullus ho est asinus.
fo. maliter. Et sic dici de omni est oio truncata. i. incō
pleta vel imperfecta supponēs p principio regulatiuo
silogismoz. vtz p illo / Quicid affirmatur vel affir
mari denotatur de subiecto distributo maioris / hoc
idē affirmat in pclusiōe de qlibet subsumpto in mino
ri / vt ois aial est sba / ois homo est anial. ergo ois hō
est sba. sicut dici de nullo formaliter capit p illo prin
cipio regulatiuo silogismoz. qequid negat vlt negari
denotat de subiecto distributo maioris: hoc idē nega
tur in pclusiōe de quolibet suo sumpto in minori. vt
nullum anial est lapis. omnis homo est animal. ergo
nullus homo est lapis.

Silogismū
regulari nō
est aliud qz
ipm secūda
aliquā certā
regulā in ec
cōstitui. Et
taliū regula
rū sunt due

¶ Una est silogismozū affirmatiuozū que appellat
dici de oi. vñ si ogimū regulari p dici de omni. nō est
aliud qz mediū in vna pmissaz cōplete distribut pro
omnibus suis significatis affirmatiue.

¶ Alia est silogismoz negatiuozū. z dr dici de nullo
vnde silogismū regulari p dici de nullo: nō est aliud qz
medium in vna pmissarum distribui cōplete p omni
bus suis significatis negatiue.

¶ Immediate. i. manifeste: qñ sb subiecto maioris cō
plete z affirmatiue distributo sbumit subiectū mioris
de q predicatum maioris pdicatur in cōclusiōe. Et sic
solū silogismi duoz modoz regulantur immediate p
dici de omni / vt qui sunt in barbara z darij.

¶ Silogis
mus regula
ta duplr.

¶ Mediate. i. occulte: quando vnum predicatum. i.
vt qñ pdicatum maioris nō predicat de minore in cōclu
sione: vt in silogismis indirecte cōcludentibus prime
figure / aut qñ subiectū maioris nō sit mediū comple
te distributū / vt in silogismis secunde z quarte figure
Aut quādo sub subiecto maioris nō subsumit tanqz
sub medio ipm subiectum minoris p. oppositionis. vt
in silogismis tercie figure.

¶ Prioristicū. Est p̄dicatū dici de subiecto distributo
vt oīs homo est aīal: de quo sup̄a dictum est.

¶ Dicit de
oī ē duply.
¶ Posterioristicū. Est p̄dicatū affirmari de subiecto
p̄ quolibet ei^o supposito / r̄ p̄ qlibet tpe / sicut in q̄libz
p̄positiōe que est de materia naturali: ergo in ista p̄
positione: homo est animal / est dici de omī posteriori
sticum r̄ non prioristicum.

¶ Primo: qz dici de omī prioristicū solū repit̄ in pro
positiōe vniuersali. Sz dici de omī posterioristicū p̄t
repiri tā in p̄pōe vniuersali qz p̄ticulari v̄l̄ indefinita.

¶ Secūdo: qz dici de omī prioristicū repit̄ tā in p̄pōne
vera qz falsa vel impossibili. Sz dici de omī posteriori
sticū repit̄ solū in p̄pōe vera r̄ necessaria.

¶ Tercio: qz ad dici de omni prioristicū sufficit vni
uersalitas suppositor. Sz ad dici de oī posterioristicū
cū requirit̄ vniuersalitas suppositor r̄ tpor̄ s̄lk̄ vnde
vniuersalitas tpor̄ r̄ suppositor est: qñ p̄dicatū p̄ue
nit subiecto p̄ oī supposito ei^o r̄ p̄ oī tpe: vt hō ē aīal.

Silogism^o est oratio in qua quibus
dam positis r̄ cōcessis / necesse est aliō euenire p̄ ea q̄ posita sunt r̄ cō
cessa: vt oē aīal est sba / oīs hō est aīal / ergo oīs hō est sba. **¶ Dicitur**
quis / silogismus non est oīo. sed oīones: eo q̄ in silogismo ponuntur
plures p̄positiōes / quaz̄ quelibet est oīo. Dicendum q̄ silogism^o est
vna oratio ipotetica: vel est vna aggregatiōe: vna licet sint plures ora
tiones cathegorice.

¶ Primo: propter vnitatem cause materialis / qz due
premissæ sunt materia silogismi / que se habēt per mo
dum determinationis r̄ determinabilis: ex quib^o fit
per se vnum / vñ minor premissa determinat maiorē

¶ Silogis
mus dicitur oīo
vna triplr.
¶ Secundo: propter vnitatem forme substantialis
quia due premissæ vniūtur in vna forma silogistica:
r̄ due extremitates vniūtur in vno medio / qd̄ habet
rationem forme respectu ipsorum.

¶ Tercio: p̄pter vnitatē cause finalis: quia due p̄mis
se finaliter ordinant̄ ad insercōū vnam conclusionē.

¶ Diceret quis Conclusio nō accidit ex necessitate / cuius illud quod de
necessitate accidit est necessarium / eo multe conclusiones sunt cōiun
gentes. Et alique impossibiles. Pro responsione sciendum.

Necessitas est duplex.

¶ Consequentie: Est necessitas illatiōis q̄ puenit ex necessaria habitudine psequētis ad añcedēs: p hoc q̄ cōsequēs actu ⁊ intellectu includit i añcedēte. Et ideo posito añcedēte: necessario sequit̄ pñs: siue añcedēs sit verum vel nō: vt si asinus volaret asinus haberet penas: ⁊ talis necessitas est in sylogismo simplr dicto.

¶ Consequētis: Est necessitas ppōis illate: q̄ puenit ex necessaria habitudine terminoy i pclusiōe positoꝝ: vt qñ p̄dicatū ē diffinitio subiecti vt p̄p̄riū ei⁹: ⁊ talis necessitas pñtis est i sylogismo demonstratiuo. Ita ergo diffinitio intelligit̄ de necessitate pñtie formalis: ⁊ non pñtis: illud ḡ qd̄ accidit necessitate pñtis est necessarium: nō autē illud qd̄ accidit necessitate cōsequentie.

Sylogismus capitur dupl̄r.

¶ Vnomō p̄ p̄missis tm̄: siue p̄ pp̄ōe copulatiua cōposita ex p̄missis. Et sic capit̄ sc̄do p̄riox̄: cū dicit̄: qd̄ idem sylogism⁹ potest cōcludere plures conclusiones.

¶ Aliomō p̄ p̄missis ⁊ cōclusiōe sil: vel magis pp̄rie p̄ pp̄ōe ipothetica cōposita ex predicta copulatiua ⁊ pclusiōe ⁊ nota illatiōis. Et dicūt aliq̄ qd̄ hic sylogism⁹ debet capi p̄ p̄missis tm̄: alij dicūt qd̄ p̄ p̄missis ⁊ cōclusiōe sil: nonnulli dicūt: q̄ aliqñ p̄t̄ capi p̄ p̄missis tm̄: ⁊ aliqñ p̄ p̄missis ⁊ pclusiōe sil. Tñ breuiter dicendum qd̄ sylogism⁹ hic d̄z capi p̄ p̄missis ⁊ cōclusiōe sil: q̄a hic diffinit̄ sylogism⁹: vt cōprehēdit sub se qd̄libet argumentū sylogisticū: s̄ sylogism⁹ cap̄t̄ p̄ p̄missis tm̄: nō est argumentū: ḡ nō p̄t̄ h̄ capi p̄ p̄missis tm̄

Utrum conclusio sit de essentia sylogismi: Pro responsione sciendum.

Aliqd̄ d̄z de essentia alicui⁹ dupl̄r.

¶ Vnomō sic de essentia totali. Et sic materia ⁊ forma sunt de essentia totali hominis.

¶ Aliomodo sicut de essentia partiali: quō materia per se: similiter forma p̄ se dicunt̄ esse de essentia hoīs.

¶ Tria ergo sunt essentialiter de cōpleta p̄fectiōe sylogismi. Primo unio mediij ad primū extremū: ⁊ hoc est in maiori. Sc̄do unio mediij ad sc̄dm extremū: ⁊ hoc ē in minori. Tertio unio extremoy inter se: ⁊ hoc est in pclusiōe: d̄z ḡ qd̄ cōclusio ē de essentia sylogismi p̄tiali: s̄ cōclusio cū p̄missis sil ⁊ de essentia totali sylogismi.

Omnis sylogismus constat ex tribus

terminis: & duabus propositionibus: quarum prima dicitur maior: & secunda minor.

¶ **Maior extremitas:** Est terminus sumptus in maiori propositione cum medio. Et quia talis terminus est maioris virtutis quam terminus positus in minore: cum ad plura se extendit & latioris ut contra est significatiois quam minor extremitas: ideo maior extremitas dicitur.

¶ **Minor extremitas** est terminus sumptus in minore propositione cum medio: & dicitur minor extremitas: quia minoris virtutis est & ad pauca: a se extendit quam terminus positus in maiori propositione.

¶ **Medium** est terminus bis sumptus: ante conclusionem. Et dicitur medium ad similitudinem medij naturalis: quia sicut in natura medium vnit extrema & partes: sic in sylogismo medium vnit extremitates in premissis: sic quod ex ipsis vnit potest inferri conclusio: in qua eadem extremitates de se inuicem predicantur.

¶ **Quomodo** in quatuor sunt subiecta vel predicata simpliciter & absolute. Et sic dicuntur termini propositionales: hoc modo sunt quatuor: scilicet duo subiecta & duo predicata.

¶ **Alio modo** ut subijciuntur vel predicantur: non autem absolute sed secundum aliquam figuram sylogisticam. Et sic sortiuntur hanc denominationem: ut dicantur termini sylogistici: & etiam suas speciales habent denominationes tres: scilicet maior extremitas: minor extremitas: & medium.

Ad sylogismum autem erigitur modus & figura.

¶ **Figura** est ordinatio trium terminorum secundum debitam subiectionem & predicationem.

¶ **Prima:** Est quando medium subijcitur in vna propositione & predicatur in alia: ut omnis animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia.

¶ **Secunda:** Est quando medium predicatur in vtraque: ut omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo.

¶ **Tertia:** Est quando medium subijcitur in vtraque: ut omnis homo est animal: omnis homo est substantia: ergo quedam substantia est animal. Versus. Prima pars subijcit medium post predicat ipsum. Altera bis dicit: tertia bis subijcit.

Terminorum autem aliter vocatur

Termini in sylogismo considerantur dupliciter.

Figure sylogistice sunt tres

Dubitať: an quarta figura sit ponens

da. Et videtur qd nō: qz nulla est necessitas ponēdi quartam figuram non enī est ponenda pluralitas sine necessitate. Dicendū qd q̄rta figura est ponenda: z necessitas ponendi ip̄am est: vt sciamus dilatare et ampliāre formam silogisticam. Notandum tantum qd

¶ Prima figura capi tur duob' modis scz.

¶ Cōiter put prima figura est: cui' mediū subijcitur in vna p̄missa z p̄dicat i alia: siue hoc sit in maiore p̄missa siue in minore. z B mō cōprebendit sub se quartā

¶ Proprie put prima figura est: cui' mediū subijcitur in maiori p̄missa / z p̄dicat in minori / z sic p̄ia figura distinguit cōtra q̄rtā: qz quarta figura est qn̄ mediū p̄dicatur in maiore z subijcitur in minore: vt oē animal est corpus quoddam / corp' est homo: ergo homo est animal.

Modus est ordinatio duarū p̄posi

tionum in debita qualitate z quantitate. Debita q̄litas est: qd si vna sit negatiua: reliqua sit affirmatiua. Debita quantitas est: qd si vna est particularis: reliqua erit vniuersalis.

¶ Modus capi dupliciter.

¶ Vno mō p̄ p̄missis tm̄ / Et sic modus est ordiatio duarū p̄positionū: id est mod' silogisticus est due p̄missis ordinate in debita qualitate z q̄ntitate: sic qd ex eis sequatur cōclusio in p̄sequentia bona z formali. isto mō barbara z baraliptō nō sunt modi distincti

¶ Alio mō p̄ aggregato ex p̄missis z cōdusione et sic modus silogisticus est ordinatio duarū p̄missarū z conclusionis in debita qualitate z q̄ntitate: z in debito situ z ordine terminorū sic qd ex illis p̄missis sequatur conclusio: hoc modo / cesare z celarent sūt modi distincti: eo qd ibi nō est idem situs terminorum.

¶ Vnde tales dant̄ regule vtilēs ad quālibet figuram. ¶ Prima. Est ex ambabus p̄missis p̄ticularibus vel indefinitis z singularib' nō potest fieri silogismus: sed oportet alterā p̄missā esse vniuersalē. Itō regule est / quia tunc darentur termini in quibus omni / vt animal rē sibile homo: z in quibus nulli animal: asinus homo: sed omnis talis combinatio est inutilis in qua dantur termini in quibus omni et in quibus nulli: ergo regula vera.

¶ In quibus omni: est dare tres terminos ex quibus
sunt due ppōes verum quibus stat in veritate vna
vniuersalis affirmatiua cōposita ex extremitatibus il
larum premissarum.

Dare ter
minos

¶ In quibus nulli: est dare tres terminos ex quibus
constitui possunt due premissae vere: cuius quibus stat
in veritate vna vniuersal' negatiua pposita ex extremi
tatibus illarum premissarum.

¶ Hec regula habet veritatē. Exceptis quinq; casibus. **¶** Prim^o.
Quando in prima figura arguitur minore existente negatiua cōcluden
do conclusionem de modo loquendi inconsueto: vt bene sequitur: hō
est animal: et asinus non est homo/ergo asinus animal nō est: Vnde
cōclusio illa dicitur de incōsueto modo loquēdi: cui⁹ pōdicatū explicite pres
cedit copulam: vt asinus animal nō est. **¶** Secūds: si medium fuerit
terminus singularis: vt bñ sequit: currens est socrates/ et homo est so
crates/ergo homo est currens. **¶** Tercius est: si medium in minore
sumatur cum relatiuo idētitatis/ vt bene sequit: hō currit. **¶** Et aliqd
album est idem homo. ergo aliqd album currit. **¶** Quartus. Quā
sub termino affirmatiue distributo in maiore fiat subsumptio in mi
nore: vt bñ sequitur/ oēm equū videt hō/ brunellus est equ⁹: ergo brun
nellus videt homo. **¶** Quintus: quā mediū in minore sumit cum
signo vniuersali/ vt bñ sequit animal currit/ et asinus est omne animal
ergo asinus currit. Vel sic sol lucet: et aliquis lucidissimus planetarū
est omnis sol. ergo aliquis lucidissimus planetarum lucet.

¶ Secūda regula/ et ambabus negatiuis nō pōt fieri silogismus sed
oportet alterā pmissarū esse affirmatiuā. Ratio regule est. quia ppter se
paratōem aliquorū duorū ab aliquo tercio/ non sequit illoz vniō vlt se
paratio inter se: sicut ppter sepatōes risibil' et hōis a lapide/ nō seqt sepa
tio hōis et risibilis inter se. s; quā ambe pmissae sunt negatiue/ ibi deno
tatur sepatio duarū extremitatū a medio: ergo ex tali sepatōe nunq;
sequit vniō/ vel sepatio earū adinuicem in conclusione. Et etiam quia
dantur termini in quibus omni/ vt animal/ lapis/ homo/ et termini in
quibus nulli/ vt albedo/ nigredo/ linea.

¶ Hec regula habet veri
tatem exceptis tribus casib⁹/ in quib⁹ aliqd sequit ex puris negatiuis
¶ Primus. Quādo mediū variat peres finitū et infinitū: vt bñ sequi
tur/ nullum rationale est asinus/ nullus homo est nō rationalis/ ergo
nullus homo est asin⁹. **¶** Secūds. Quā arguitur ex duabus pmissis
modalibus de contingenti ad vtrumlibet/ vt bene sequitur. omnem
hōiem cōtingit non esse currentē. Et aliqd aial contingit nō eē hōicū

ergo aliquod animal contingit non esse currēs. ¶ Tercius: si vna
premissarū est de contingenti /z alia de necessario negatiua /vt hū seq
tur: omnem hominem necesse est non esse asinum. z aliquod albū cō
tingit non esse hoīem: ergo aliquod albū necesse est nō esse asinum.

¶ Tercia regula est /qđ si aliq̄ premissarū est particularis. cōclusio debet
esse particularis. sed non econuerso. si cōclusio sit particularis quod
aliqua premissarum sit particularis. Et hec regula habet veritates. et
ceptis sex casibus.

¶ Primus. Quā inferē conclusio de modo loquēdi inconsueto: qz
sic vna premissarum existente particulari: bene sequitur cōclusio vniuer
salis. vt bene sequitur /aliquis homo est animal /z nullus asinus est
homo /ergo omnis asinus animal non est. ¶ Scđs: dūmodo pre
dicatum in particulari nō distribuitur. qz sic stare conclusionem esse
vniuersalem: vt bene sequitur: aliquis sol est oīs lucidissimus plane
tarum /nulla luna est sol /ergo nulla luna est lucidissimus planetarū.

¶ Tercius: Quā medium in minore nō sumat cum relatiuo identiti
tatis: nec tenetur singulariter. quia sic bene sequitur conclusio vniuer
salis vna premissarum existente particulari. vt bene sequitur /quod
dam animal est homo: omne risibile est quoddam animal. ergo omne
risibile est homo.

¶ Quartus. Quā nulla extremitatus distribuitur
in aliqua premissarum /quia si sic tunc sequitur cōclusio vniuersalis
altera premissarū existente particulari: vt bene sequitur: aliquod ani
mal est omnis feni: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis ē feni.

¶ Quintus: est /q maior extremitas non sit terminus singularis: qz
sic sequitur conclusio vniuersalis: vt aliquis hō est socrates. null^o asi
nus est homo: ergo nullus asinus est socrates.

¶ Sextus: q maior
extremitas nō sumatur in conclusione cum relatiuo idētitatis /quia
tunc bene sequitur conclusio vniuersalis. vt aliquis homo est animal
nullus asinus est homo /ergo nullus asinus est idem animal.

¶ Quarta regula. Si aliq̄ premissarū est negatiua /conclusio dē esse
negatiua.

¶ Hec reglā habet veritatē. ¶ Primo quādo arguit
cathogorice /quia arguendo ipothetice secundum hanc regulam tūc
bene sequitur conclusio affirmatiua / vt hic: nullus hō currit vel oīs
homo quiescit: h nullus homo currit: ergo omnis homo quiescit.

¶ Secundo quando arguitur silogistice: qz arguere enthimematice
tunc bene sequitur conclusio affirmatiua vna premissarum existente
negatiua /vt hic omnis homo est animal /z nullus homo est asinus
ergo omnis homo est animal /tenet consequentia a tota copu atiuā
ad alteram eius partem.

Quinta regula est: q̄ mediū nunq̄ de
bet poni in conclusionē. Et intelligitur hec regula. ¶ Primo: q̄ me
diū nō debet poni in cōclusionē sub ea ratiōe qua mediū. Et hoc di
citur p̄pter sylogismū ex oppositis: vt om̄is disciplina est bona: nulla
disciplina ē bona: ergo nullū bonū est bonū: licet em̄ mediū: sc̄z: bonū
intra conclusionē: nō tñ sub ea ratione mediū: sed sub ea ratiōe q̄ est
maior ⁊ minor extremitas. ¶ Sec̄do: q̄ medium non debet intrare
conclusionē inq̄tū totalis extremitas: quia mediū vt partialis extre
mitas bene intrat cōclusionē. vt hic: cuiuslibet hominis manus est dex
tra: cuiuslibet hoīs manus est sinistra: ergo cuius manus est dextra: il
lius manus est sinistra: vbi hoc mediū manus intrat conclusionē: nō
tñ vt totalis extremitas: sed vt partialis.

De prima figura in qua ponūtur due

regule. ¶ Prima regula est: maiore existente particulari in prima
figura: nunq̄ sequit̄ conclusio directe: ⁊ hec regula puenit prime figu
re quo ad quattuor modos directe concludentes: ⁊ secunde figure
quo ad om̄es. ¶ Hec regula habet veritatē exceptis aliq̄bus casibus.
¶ Primus: qñ arguit̄ cōcludendo conclusionē de modo loquēdi in
consuetō: vt bene sequitur: aliquis homo est animal: nullus asinus est
homo: ergo om̄is asinus animal non est. ¶ Sec̄ds: qñ mediū sumi
tur cum signo vniuersali ipsum distribuentē in minore: vt bene sequi
tur: aliq̄s sol lucet sup nos: ⁊ om̄is lucidissimus planetarū est oīs sol
ergo oīs lucidissimus planetarū lucet sup nos. ¶ Tertius: qñ ma
ior extremitas sumit̄ in conclusionē cū relatiuo identitatis: vt bene se
quitur. aliquis homo est animal: ⁊ nullus asinus est homo: ergo nul
lus asinus est idem animal. ¶ Quartus: qñ maior extremitas est ter
minus singularis: vt bene sequit̄: aliquis hō est animal: nullus asi
nus est homo: ergo nullus asinus est hoc animal.

Secunda regula: minore existente ne

gatiua: nunq̄ sequit̄ conclusio directe: sed potest sequi indirecte: vt in
sap̄imo ⁊ fr̄isemorū. ¶ Hec regula habent veritatem exceptis ali
quibus casibus. ¶ Primus: quādo concludit̄ conclusio de incon
suetō modo loquēdi: vt bene sequit̄: om̄is homo est animal: nullus
asinus est homo: ergo om̄is asinus animal nō est. ¶ Sec̄ds: quan
do maior extremitas distribuit̄ in maiori: vt bene sequit̄: om̄is sol est
om̄is lucidissimus planeta. nulla luna est sol: ergo nulla luna est luci
dissimus planeta. ¶ Tertius: qñ maior extremitas sumit̄ cum re

latius identitatis in conclusione: vt bene sequit: omnis homo est animal nullus asinus est homo: ergo nullus asinus est idem animal. ¶ Quartus: quoniam maior extremitas est terminus singularis: vt bene sequit: omnis feniur est hoc animal: nullus asinus est feniur: ergo nullus asinus est hoc animal.

Prima figura habet nouem modus.

¶ Primus: Quando ambe premissae sunt vniuersales affirmatiue inferentes conclusionem vniuersalem affirmatiuam: vt omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: et significat iste modus per hanc dictionem barbara. ¶ Secundus: Quando maior est vniuersalis negatiua: et minor vniuersalis affirmatiua: et sequitur conclusio vniuersalis negatiua: vt nullum animal est lapis: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis: et significat per hanc dictionem celarent. ¶ Tertius: Quando maior est vniuersalis affirmatiua: et minor particularis affirmatiua: sequitur conclusio particularis affirmatiua: vt omne animal est substantia: quidam homo est animal: ergo quidam homo est substantia: et significat per hanc dictionem darij. ¶ Quartus: Quando maior vniuersalis negatiua: et minor particularis affirmatiua: sequitur conclusio particularis negatiua: vt nullum animal est lapis: quidam homo est animal: ergo quidam homo non est lapis: et significat per hanc dictionem ferio. ¶ Quintus: ambe premissae sunt vniuersales affirmatiue inferentes conclusionem particularem affirmatiuam indirecte: vt omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo quedam substantia est homo: et reducitur ad primum modum per conuersionem conclusionis per accidens: et significat per hanc dictionem baralipton. ¶ Sextus: Quando maior est vniuersalis negatiua: minor vniuersalis affirmatiua: concludentes vniuersalem negatiuam indirecte: vt nullum animal est lapis: omnis homo est animal: ergo nullus lapis est homo: et reducitur ad secundum modum per conuersionem conclusionis simpliciter: et fecit per hanc dictionem celantes. ¶ Septimus: Quando maior est vniuersalis affirmatiua: et minor particularis affirmatiua sequitur conclusio particularis affirmatiua indirecta: vt omne animal est substantia: quidam homo est animal: ergo quedam substantia est homo: et reducitur ad tertium modum per conuersionem conclusionis simpliciter: et significat per hanc dictionem dabitur. ¶ Octauus: Quando maior est vniuersalis affirmatiua: et minor vniuersalis negatiua: sequitur conclusio particularis negatiua indirecta: vt omne animal est substantia: nullus lapis est animal: ergo quedam substantia non est lapis. Et reducitur ad quartum modum per conuersionem maioris per accidens minoris simpliciter: et per transpositionem premissarum: et notatur hac dictione capelino.

6

quando maior est particularis affirmatiua: minor vniuersalis negatiua
sequit̄ conclusio particularis negatiua indirecte cōcludens: vt quoddā
animal est sba / nullus lapis est animal / ḡ quedam sba non est lapis / ⁊ redu-
citur ad quartū modū p̄ae figure p̄ p̄uersionē maioris ⁊ minoris sim-
plicit̄ ⁊ p̄ trāsp̄ositōes p̄missar̄. Notatur q; hac dictōe fr̄isestmoz.

Sequit̄ de sc̄da figura cui⁹ tres sunt

regule. ¶ Prima regula: maiore existente particulari in secūda figura
nihil sequit̄ directe: potest tñ aliquid sequi indirecte: vt aliquid animal
est homo: nullus asinus est homo: ergo aliquid animal non est asinus.

Hec regula habet veritatem: exceptis aliquot casibus. ¶ Primus: Quando mediū in aliqua p̄missarū sumitur cum signo vniuersali
ipsum distribuyente: vt bene sequit̄: aliquid lucens supra nos est om-
nis lucidissim⁹ planeta: omnis sol est lucidissimus planeta: ergo aliq; sol
est lucens supra nos. ¶ Secundus: Quando maior extremitas est

terminus singularis: vt bene sequit̄: Socrates est homo: ⁊ nullus asi-
nus est homo: ergo nullus asinus est Socrates. ¶ Tertius: Quan-
do mediū est termin⁹ singularis: vt bene sequit̄: aliquid animal ē So-
crates: ergo aliq; homo est animal.

¶ Quartus: Quando mediū in minore sumit̄ cū relatiuo identitatis: vt bene sequit̄: aliquis homo
est animal: omne risibile est idem animal: ergo omne risibile est homo.

¶ Quintus: Quando maior extremitas sumit̄ cū relatiuo identitatis
in conclusione: vt bene sequit̄: aliquid animal est homo: nullus asinus
est homo: ergo nullus asinus est idem animal.

¶ Sextus: Quando concludit̄ cōclusio de modo loquendi incōsueto: vt aliquid animal est
homo: nullus asinus est homo: ergo aliquis asinus animal non est.

Secunda regula ex ambab⁹ affirmati

uis in secūda figura nihil sequit̄. Hec regula habet veritatē exceptis
tribus casibus. ¶ Primus: Quando mediū sumit̄ cum signo vni-
uersali distributiuo: vt bene sequitur: aliquid lucens sup nos est om-
nis lucidissimus planeta: omnis sol est lucidissim⁹ planeta: ergo omnis
sol est lucens super nos.

¶ Secundus: Quando mediū est terminus
singularis: vt bene sequit̄: aliquid animal ē Socrates: aliquis homo
est Socrates: ergo aliquis homo est animal.

¶ Tertius: Quando mediū in minori sumit̄ cū relatiuo identitatis: tunc em̄ aliquid sequit̄
vt aliquid animal est substantia: omnis homo est eadem substantia:
ergo aliquis homo est animal.

Tertia regula in secūda figura: nō po

est esse conclusio affirmatiua: et habet regula veritatem exceptis duobus casibus. ¶ Primus: quando medium sumit in aliqua premissarum cum signo distributiuo: vt aliquod lucens supra nos est ois lucidissimus planeta: omnis sol est lucidissimus planeta: ergo omnis sol est lucens supra nos.

¶ Secundus: quando medium est terminus singularis: vt bene sequitur conclusio affirmatiua in syllogismis expositorijs: aliquod animal est Socrates: et aliquis homo est Socrates: ergo aliquis homo est animal.

¶ Tertius: Quando medium sumit cum relatiuo identitatis. tunc bene sequitur conclusio affirmatiua / vt aliqd aial est homo / omne risibile est idem homo / ergo omne risibile est animal.

¶ Quartus: Quia aliqua premissarum est de contingenti / vt bn sequitur / aliqd ambulans contingit non esse hoiem / aliquod currens contingit esse hominem / ergo currens contingit esse ambulans.

¶ Quintus. Quia medium variatur penes finitum et infinitum / vt omnis substantia est non accidens / nullus homo est accidens / ergo omnis homo est substantia.

Secunda autem figura habet quatuor

modus. ¶ Primus: Quando maior est vniuersalis negatiua / e minor vniuersalis affirmatiua: concludentes conclusionem vniuersalem negatiuam: vt nullus lapis est animal / ois ho est animal: ergo nullus homo est lapis. et reducitur ad secundum modum prime figure conuertendo maiorem simpliciter: et notatur hac dictioe cesare.

¶ Secundus: Quando maior est vniuersalis affirmatiua / et minor vniuersalis negatiua: vniuersalem negatiuam concludentes. vt ois ho est animal. nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est ho. et reducitur ad secundum modum prime figure: peruertendo minorem et conclusionem simpliciter et per transpositum premissarum: et significatur hac dictione camestres.

¶ Tertius: Quando maior est vniuersalis negatiua / et minor particularis affirmatiua: concludentes particularem negatiuam directe / vt nullus lapis est animal. quidam homo est animal / ergo quidam homo non est lapis / et reducitur ad quartum modum prime figure per conuersionem maioris simpliciter: et notatur hac dictioe festino.

¶ Quartus: Quia maior est vniuersalis affirmatiua / et minor particularis negatiua / concludentes conclusionem particularem negatiuam directe / vt ois homo est animal / quidam lapis non est animal / ergo quidam lapis non est homo / et reducitur ad primum modum prime figure per impossibile / nam si sumatur contradictorium conclusionis cum maiore / sequitur contradictorium minoris in barbaro: et erit syllogismus talis: ois ho est animal: ois lapis est homo: ergo ois lapis est animal. notaturque hac dictioe Baroco.

Sequitur de tertia figura: cuius due

dantur regule. ¶ Prima regula: minore existēte negatiua in tertia figura nihil sequitur directe: tñ indirecte bene potest aliquid sequi: vt omnis homo est animal: nullus homo est asinus: ergo animal non est asinus. ¶ Hec regula habet veritatē exceptis quattuor casibus.

¶ Primus: qñ maior extremitas fuerit terminus singularis: tunc bene sequit aliquid minore existente negatiua: vt aliquis homo est hoc animal: nullus homo est asinus: ergo nullus asinus est hoc animal.

¶ Secundus: quando maior extremitas distribuit: vt bene sequitur omnis sol est omnis lucidissimus planeta: nullus sol est luna: ergo nulla luna est lucidissimus planeta.

¶ Tertius: qñ maior extremitas in conclusiōe sumit cum relatiuo identitatis: vt bene sequit: omnis homo est animal: nullus homo est asinus: ergo nullus asinus est idem animal

¶ Quartus: qñdo cōcluditur cōclusio de modo loquēdi in consueto vt ois hō est aial: nullus homo est asin: ergo ois asinus aial nō est.

Secūda regula in tertia figura: nō cō-

cluditur nisi conclusio particularis. ¶ Hec regula habet veritatē exceptis tribus casibus.

¶ Primus: qñ predicatū in premissa affirmatiua distribuit: vt bene sequitur: aliquis sol est omnis lucidissimus planeta: nullus sol est luna: ergo nulla luna est lucidissimus planeta.

¶ Secundus: qñ maior extremitas est terminus singularis: vt bene sequitur: aliquis homo est hoc animal: nullus homo est asinus: ergo nullus asinus est hoc aial.

¶ Tertius: quādo maior extremitas in cōclusionē sumitur cū relatiuo identitatis: vt bene sequit: aliquis homo est animal: nullus homo est asinus: ergo nullus asinus est idem animal

Tertia figura habet sex modus:

¶ Primus: quādo ambe pmissae sunt vniuersales affirmatiuae: et conclusio particularis affirmatiua: vt omnis homo est substantia: omnis homo est animal: ergo quoddā animal est substantia: et reducit ad primū modum prime figure per cōuersionē minoris per accidēs: et notatur hac dictione darapti.

¶ Secundus: qñ maior est vniuersalis affirmatiua: et conclusio particularis negatiua: vt nullus homo est lapis: omnis homo ē aial: ergo quoddā animal non est lapis: et reducit ad quartū modum prime figure per cōuersionem minoris per accidēs: et notat se lapton.

¶ Tertius: qñ maior est particularis affirmatiua: et minor vniuersalis affirmatiua: et conclusio particularis affirmatiua: vt quidam homo est animal: omnis homo est

substantia: ergo quedā substantia est animal: et reducit̄ ad tertiū modum prime figure per cōversionē maioris et cōclusionis simpliciter et per transpositionē premissarū: et notat̄ hoc noīe Disamis. ¶ Quartus. Quando maior est vniuersalis affirmatiua: minor particularis affirmatiua: et cōclusio particularis affirmatiua: vt oīs homo est substantia: quidā homo est aīal: ergo quoddā aīal est substantia: et reducit̄ ad tertiū modū prime figure per cōversionē minoris simpliciter et noīa hoc nomen Datīsi. ¶ Quintus. Quando maior est particularis negatiua: et minor vniuersalis affirmatiua: cōclusio particularis negatiua: vt quidam homo non est lapis: omīs homo est animal: ergo quoddam aīal nō est lapis: et reducit̄ ad primū modū prime figure per impossibile. Sumat̄ enī contradictoriū cōclusionis cum minore: et inferat̄ contradictoriū maioris: et erit sylogismus talis. Dīne aīal est lapis. omīs hō est aīal: ergo omīs homo est lapis. Et notat̄ Bocardo. ¶ Sextus. Quando maior est vniuersalis negatiua: et minor particularis affirmatiua: cōclusio particularis negatiua: vt nullus homo est lapis: quidam homo est aīal: ergo quoddā aīal non est lapis. Et reducit̄ ad quartū modum prime figure per cōversionē minoris simpliciter: et designatur hoc nomine ferison.

Reductio sylogistica: Est vnius sylogismi in alterā causa euidētie pbatōis vel declarationis ductio.

Vnius sylogismi⁹ re ducitur ad aliū tripli ci de causa

¶ Causa euidētie. Et sic sylogismus qui non manifeste regulatur p dici de omī et p dici de nullo: reducit̄ ad eū qui manifeste regulat̄ p dici de omī: et p dici de nullo: vt sylogismi imperfecti reducunt̄ ad sylogismos

¶ Causa notificatiōis. Et sic sylogismi imperfecti reducunt̄ ad perfectos: quia sylogismi imperfecti sunt min⁹ noti q̄ perfecti quo ad formā sylogisticā que perficit̄ in principijs regulatiuis sylogismorum.

¶ Causa declaratiōis: vt scz vnius sylogismi⁹ declarēt esse consequētia formalis p aliū ad quē reducit̄ur formaliter: et sic sylogismi perfecti etiā pnt̄ reduci ad sylogismos imperfectos: quia pōt̄ fieri q̄ aliquis sit plus eruditus vsitatus atqz paratus in sylogismo imperfecto q̄ perfecto: omīs autē notificatio fit per magis notum.

¶ Notandū: q̄ modi perfecti solū sunt quattuor: scz. Barbara. Darij. Celarēt. ferio. Quia isti modi manifeste regulant̄ p dici de oī et p dici de nullo: oēs autē aliū mōi dñr̄ imperfecti. Et reducunt̄ ad illos perfectos.

Principia
reductiuas
syllogismo.
rū sūt tria

¶ Conuersio cōiter dicta: nō est hic capit uersio p
proprie quāmodum superius capta est: nā in pro
posito propositio particularis affirmatiua conuertit
per accidens in uniuersalem.

¶ Trāspōsitiō pmissarū. Et ē facere de maiore: mino
rem: et de minore maiore: et designat p hanc litterā. **M**

¶ Per impossibile reductio: reducere p impossibile
est ex opposito cōtradictorio cōclusiōis cū altera pre
missarū inferre oppositū alterius pmissae. Et p oppo
sitū cōclusiōis nō semper debet intelligi oppositū cō
tradictoriū: s; cōtradictoriū uel cōtrariū: q̄a Darapti
et Felapton reducunt per impossibile ad Celarent. Et
tū de opposito cōtradictorio maioris nō fit cōclusio:
sed de opposito cōtrario. Silr Felapton reducitur ad
Barbara: et contrarium maioris fit conclusio: et non
contradictorium.

Regule de reductione syllogismorum

imperfectorū ad pfectos. ¶ Prima: q̄ modi oim figurarū sunt des
cem nouē: que fecant decē nouē dictiōibus: sc; Barbara: Celarent. et c.
Et in quilibet dictiōe tali ponunt tres sillabe: quarū prima deseruit ma
iori. Secūda minori. Tertia p̄clusioni. Et si in aliq̄ dictiōe ex his decē
nouē ponuntur plures sillabe q̄ tres: itā q̄rta nō est de necessitate: s; su
perabundat: ut in Baralipon. ¶ Secūda regula: q̄ quatuor sunt
vocale per q̄s designant quatuor genera p̄positionū: sc; a. e. i. o. A est
fecat vlem affirmatiuā. E vlem negatiuā. Versus. Afferit a: negat e:
sunt uniuersaliter ambe. I uero designat particularē affirmatiuā. Et
o: particularē negatiuā. Versus. Afferit i: negat o: sunt particulariter
ambe. Iste ergo vocales in istis sillabis tribus posite designant quō
debet formari maior: minor: uel cōclusio fm q̄ genera p̄positionum
ostendunt. ¶ Tertia: omnes modi imperfecti incipientes a b: reducun
tur ad Barbara: et incipientes a d: ad Darij: et ab f. ad fferio: et a cad
Celaret. ¶ Quarta: quācumq; in aliq̄ modo imperfecto post aliquam
vocalem ponit s: t: c̄ reducendo illū modū imperfectū ad perfectū p
positio cui subseruit illa vocalis debet cōuert simpliciter: ut in Dab
tis conclusio conuertit simpliciter reducēdo eū ad Darij. ¶ Quin
ta: quācumq; in aliquo modo imperfecto post aliquā vocalē ponit p: tunc
reducendo illum modū imperfectū ad perfectū: p̄positio cui illa vo
calis subseruit debet cōverti per accidens: ut Darapti reducitur ad Da

rij conuersa minore per accidens. ¶ Sexta: quando cūq; in aliquo modo imperfecto post aliquā vocalem ponit̄ m. siue hoc fuerit post vocalem maioris: minoris: vel conclusiōis: tunc reducēdo talem modum imperfectū ad perfectum: p. emisse istius modi imperfecti debēt transponi: vt reducendo fapesmo ad ferio. ¶ Septima: quando cūq; post aliquā vocalem in aliquo modo imperfecto ponitur c. tunc reducendo illum modum imperfectū ad perfectum: reductio talis debet fieri per impossibile: vt reducendo Baroco ad Barbara.

Coniugatio logical̄ ē figurāl̄ p̄ missar̄ cōbinatio: ⁊ ē duplex.

¶ Utilis: Est combinatio premissarum ex qua fin regulas iam aliquid sequitur sylogistice ⁊ fo. maliter: vt in Barbara: Darij.

¶ Inutilis: Est premissarum combinatio ex qua non est aptum natum sequi aliquid sylogistice ⁊ formaliter: id est vbi premissæ sunt vere: ⁊ cōclusio falsa: vt arguendo ex puris negatiuis in omni figura.

Coniugatio utilis ē duplex.

¶ Figurālis tm̄: qñ scz arguitur tm̄ in aliqua figura: sed in nullo modo: vt fit in sylogismo expository.

¶ Figurālis ⁊ modalis simul: qñ aliquis sylogismus fit in modo ⁊ figura simul: vt in Barbara: Darij. ⁊c.

¶ Sciendum q̄ combinationes sylogistice capiuntur penes combinationem quattuor vocalium: quattuor genera p: propositionum designantium. scz: a. e. i. o. Et quia iste vocales possunt coniungi sedecies: ergo in qualibet figura sunt sedecim coniugationes: aliquæ vtilis: aliquæ inutiles. Quomodo autem vocales predictæ coniungunt̄ sedecies patet in figura sequenti.

Aa. ae. ai. ao.
Ee. ea. ei. eo.
Ii. ia. ie. io.
Oo. oa. oe. oi.

¶ In prima figura sex sunt cōiugationes vtilis: ⁊ decē inutiles. Et sub illis sex vtilibus continentur nouem modi prime figure. Prima cōiugatio utilis est Aa. ⁊ sub illa cōtinentur isti duo modi Barbara ⁊ Baralipton. Ea: ē vtilis in Celarēt ⁊ Celantes. Ai. est vtilis in Darj ⁊ Dabitis. Ei: in ferio. Ae: in fapesmo. Je. in frisesimozū.

¶ In secunda figura tantū quattuor reperiuntur coniugationes vtilis sub quibus continentur quattuor modi secunde figure. Et duodecim inutiles. Ea: est vtilis in Celare. Ae: est vtilis in Camestres. Ei: est vtilis in festino. Ao: est vtilis in Baroco.

¶ In tertia figura sex sunt vtilis: ⁊ decem inutiles. Aa: est vtilis in Darapti. Ea: in falapton: Ia: est vtilis in Disamis. Ai: in Datifi. Oa: in Bocardo. Ei: in ferison.

Tres sunt modi ad ostendendum ali-

quam formam sylogisandi non esse vtilem. ¶ **Primus.** Accipiendi sunt termini cōtenti sub vno genere: vt isti duo homo & asinus continentur sub animali: per illos enim terminos patet: q̄ cōbinatio facta ex ambabus particularibus est inutilis: quia nō sequit̄ quidam homo est animal: quidam asinus est animal: ergo quidam asinus est homo.

¶ **Secūds.** Accipiendi sunt duo termini quorū vnus predicat̄ de alio siue hoc fuerit conuertibiliter siue non cōuertibiliter cū vno tertio termino: qui omnino est extraneus ad illos duos terminos: cuiusmodi sunt isti tres termini: homo: risibile: lapis. Per istos enim terminos patet: q̄ inutilis est cōiugatio ex puris negatiuis: quia nō sequit̄: nullus homo est lapis: nullum risibile est lapis: ergo nullū risibile est homo: quia premissæ sunt vere: & conclusio falsa.

¶ **Tertius.** Sumēdi sunt duo termini quorū vnus predicatur de alio: siue conuertibiliter siue nō conuertibiliter cum tertio termino: qui est superior ad vtrūq; illorum cuiusmodi sunt tres termini: homo: risibile: substantia. Per istos tres terminos patet: q̄ in tertia figura non potest inferri conclusio vniuersalis. Non sequit̄ enim: omnis homo est risibilis: omnis homo est substantia: ergo omnis substantia est risibilis. Nam premissæ sunt vere: & conclusio falsa.

Cōiugatio est inutilis { ¶ In quibus sic: id est: termini ex quibus p̄missæ formate sunt vere & conclusio vera.
Quādam { ¶ In quibus non: id est: termini ex quibus premissæ tur termi. formate sunt vere: & conclusio falsa.

Ex puris affirmatiuis in secūda figura nihil sequitur. Et est coniugatio inutilis.

Quidam termini. { ¶ In quibus sic: hō: risibile: animal: vt sic arguēdo: ois hō est animal: omne risibile est animal: ergo omne risibile est homo: vbi p̄missæ sunt vere: s̄c̄ & conclusio.

{ ¶ In quibus non: due species cū suo genere de predicamento substantie: sc̄: homo: asinus: animal: sic arguēdo: omnis homo est animal: omnis asinus est animal: ergo omnis asinus est homo: vbi premissæ sunt vere: & cōclusio falsa manente eadem qualitate & q̄ntitate premissarum & eadem figura: quare sequitur q̄ ibi est cōiugatio inutilis.

¶ Ex puris negatiuis nihil sequitur. Et est cōiugatio inutilis in omni figura.

quod dicitur
in istis
modis
omnino
omnino
omnino

Quia dan-
tur termi-
ni

¶ In quibus sic: equus: homo: lapis de predicamento
substantie sic arguendo: nullus homo est equus: nul-
lus lapis est homo: ergo nullus equus est lapis: vbi p-
misse sunt vere et etiam conclusio.

¶ In quibus no: duo termini couertibiles cu extra-
neo ad vtriusq: vt homo: risibile: lapis. Vel non puer-
tibiles cu extraneo ad vtriusq: vt ho: animal: lapis per se-
cunda regula siue modu. Sic arguendo: nullus lapis
est homo: nullum risibile est lapis: ergo nullu risibile
est homo: vbi pmissa sunt vere: et conclusio falsa: manen-
te eadem qualitate et qntitate premissaru: et eade figu-
ra sicut in prima quare est coniugatio inutilis.

In tertia figura conclusione existente vniuersali est coniugatio inutilis.

Quia dan-
tur termi-
ni

¶ In quibus sic: homo rationalis: risibile. Sic arguen-
do: ois ho est rationalis: ois ho est risibilis: ergo omne
risibile e rationale: vbi pmissa sunt vere: et conclusio vera.

¶ In quibus no: duo termini couertibiles et no con-
uertibiles cu superiori ad vtriusq: vt homo: risibile: sub-
stantia: vel homo animal substantia p fm modu: arguen-
do sic: ois homo est risibilis: omnis homo est substantia
ergo ois substantia est risibilis: vbi pmissa sunt vere: et
conclusio falsa: manente eadem qualitate et qntitate et
eadem figura: scz tertia sicut in priori: quare sequit q
ibi est coniugatio inutilis.

De arte inueniendi medium.

Medium
volens ad si-
lagisandū
alioq conclusionem
probatine tripliciter
potest se habere.

- ¶ Primo q sit antecedens subiecti vel predicati conclusionis
- ¶ Secdo q sit psequens respectu subiecti vel predicati.
- ¶ Tertio q sit extraneu respectu alterius.

¶ Antecedens respectu alterius de quo vniuersaliter
sumpto vere et affirmatiue alius est predicabilis. Et sic
terminus inferior dicitur antecedens respectu sui super-
rioris: vel terminus pvertibilis potest dici antecedens
respectu illius: ppositio ergo affirmatiua in qua po-
nitur terminus inferior: antecedit in consequentia bo-
na. ppositione affirmatiua in qua ponit terminus su-
perior no distributus: vt bene sequit ho e: g animal est.

Termin^o
ille dicit

¶ Consequens qui de alio vniuersaliter sumpto vere
et affirmatiue predicat: vt termin^o superior dicit con-
sequens respectu sui inferioris: et terminus cum alio con-
uertibilis respectu alterius dicit consequens: ppositio
ergo affirmatiua in qua ponit termin^o superior non distri-
butus: sequit in consequentia bona ad ppositam affirma-
tiua: in qua ponit termin^o inferior vt homo est generis substantia est
¶ Extraneus respectu alterius: qui vere negatur de
alio termino vniuersaliter sumpto: vt iste termin^o homo
est extraneus respectu huius termini lapis.

¶ Ad sylogisandum conclusionem ex veris pmissis valent isti versus sequen-
tes: vt facilius medium inueniri possit. Versus. fecana. cageri. dafenes
hebare. gedaco. Sebali stat: sed non stant. febas. hedas. hecas.

¶ Pro intellectu istorum versuum: Sciendum: quod in his duobus versibus sunt
nouem dictiones: quarum sex prime dictiones sunt trisyllabe: et tres ultime
disyllabe: per sex autem primas dictiones intelliguntur sex modi siue regu-
le adinueniendum medium ad sylogisandum aliquam conclusionem vtilem
veram ex pmissis veris: et per tres alias dictiones bisyllabas tamen signifi-
cantur tres regule siue coniugationes inutiles ad sylogisandum.

In istis sex
dictionibus
per vocalem
positam in

¶ Ultima sillaba dat intelligi conclusionem sylogisanda.
¶ Prima et secunda sillabis datur intelligi subiectum et
predicatum conclusionis sylogisande.
¶ Primis duabus sillabis per consonantes intelligi-
tur quod medium debet se habere respectu subiecti et pres-
dicati conclusionis.

¶ Per vocales positas
in vltima sillaba intelli-
gitur conclusio ista per
Subiectum

A
I
E
O

intelligit

vltis affirmatiua.
vltis negatiua.
particulari affirmatiua.
particulari negatiua

Nota

Predicatum

conclusionis designatur per

Per consonantem

F
S
H
B
L
D

designat

consequens
antecedens
extraneum
consequens
antecedens
extraneum

ad subiectum
ad predicatum.

versus expositum precedentium. Predicat A. B sequens. L precedit. D

sit extra. **E** subit. **f** sequit. **B** pcedit. **M** sit extra. **I**stis sic notatis sic **B**
¶ Prima regula. **A**d sylogisandū vniuersalem affirmatiuā in primo
 modo prime figure oportet sumere mediū qđ sit consequens subiecti
 conclusiōis: et antecedens predicati: vt ad sylogisandū istam cōclusio-
 nem: omne animal est substantia: debet sumi mediū hoc scz corpus: quod
 est consequens ad subiectum: et ante predicatum conclusionis. **E**t sylo-
 gisatur sic: omne corpus est substantia: omne animal est corpus: ergo omne
 animal est substantia: hoc mediū corpus est antecedens ad predicatū
 conclusiōis: quia bene sequit: corpus est: ergo substantia est. **I**sta regu-
 la intelligit per hanc dictionē fecana. **¶** Secūda regula. **A**d sylogi-
 sandū particularē affirmatiuā in primo modo tertie figure: scz in **D**a-
 rapti: debet sumi mediū qđ sit antecedens subiecti et p̄dicati cōclusio-
 nis: vt ad sylogisandū istam: aliquod animal est substantia: potest sumi
 hoc mediū homo. Sic arguendo omnis homo est substantia: omnis hō est
 animal: ergo aliquod animal est substantia. **E**t hec regula intelligit per hanc
 dictionē Lageti. **¶** **D**isamis **A**d sylogisandū particularē affirma-
 tiuā in **D**isamis debet sumi mediū qđ sit antecedens subiecti cōclusiōis
 siue sit antecedens siue consequens predicati: vt ad sylogisandū istā con-
 clusione: aliqđ substantia est animal: potest sumi hoc mediū corpus. Sic ar-
 guendo: aliqđ corpus est animal: omne corpus est substantia: ergo aliqđ sub-
 stantia est animal: vbi mediū corpus est p̄sequens respectu huius p̄dicati ani-
 mal. **E**t antecedens respectu subiecti cōclusiōis scz substantia. **¶** **D**atifi.
Ad sylogisandū particularē affirmatiuā in **D**atifi: debet sumi mediū
 qđ sit antecedens p̄dicati conclusiōis: siue sit antecedens siue cōsequens
 subiecti: vt ad sylogisandū istam: aliqđ animal est substantia: potest sumi **B**
 mediū corpus: sic arguendo: omne corp^o est substantia: aliqđ corp^o ē animal
 ergo aliqđ animal est substantia: hoc mediū corpus est antecedens ad p̄dica-
 tū conclusiōis scz ad substantiā. **E**t est p̄sequens ad subiectū cōclusiōis. **I**.
 ad animal. **A**ristoteles autē nō tangit istos duos vltimos modos in pri-
 mo **P**rioz ad sylogisandū particularē affirmatiuā in tertia figura. **P**ri-
 mum autē modū fm quē sylogisat particularis affirmatiua in **D**arapti **P**
 cise ponit. **¶** **T**ertia regula. **A**d sylogisandū vniuersalem negatiuā
 in **C**esarē: debet sumi mediū qđ sit p̄sequens subiecti: et extraneū p̄dicato
 conclusiōis: vt ad sylogisandū istā: nullus hō ē lapis: potest sumi hoc medi-
 um animal. **E**t arguendo: nullum animal est lapis: omnis homo est animal: er-
 go nullus homo est lapis: et similiter possit dari exemplū in **C**esare: cū
 ista regula etiā valet p̄ cesare: vt nullus lapis est animal: omnis homo
 est animal: ergo nullus homo est lapis. **E**t datur ista regula intelligi
 per hanc dictionem **D**afenes.

¶ Quarta. Ad silogisandū vniuersalē negatiuā in camestres secūdo modo scōe figure: debet sumi mediū qđ sit extraneū subiecti conclusionis ⁊ cōsequens ad predicatū: vt ad silogisandū istam: null⁹ lapis est homo / debet sumi hoc mediū animal. sic arguēdo: ois homo est animal. nullus lapis est animal. ḡ nullus lapis est homo. Et datur ista regula intelligi per hanc dictionē hebare. Ex istis duabus regulis potest dici vna regula magis gñialis: vtz ista: ad silogisandū vlem negatiuā: ex pmissis veris / optet sumere mediū qđ sit cōsequēs respectu subiecti ⁊ ad extraneū p̄dicato conclusionis / vel econtra qđ sit p̄sequēs p̄dicati ⁊ extraneum subiecti conclusionis.

¶ Quinta. Ad silogisandū conclusionē particularē negatiuā / accipiendum est mediū qđ est antecedens ad subiectū: ⁊ extraneū ad p̄dicatū conclusionis: vt ad silogisandū istā / aliqđ animal nō est lapis: potest sumi hoc mediū homo: vt sic arguēdo: nullus homo est lapis: aliquod animal est homo: ergo aliquod animal nō est lapis. Et intelligit ista regula per hanc dictionē gedaco. ¶ Sexto. Ad sylogisandum cōclusionē particularē affirmatiuā in prima figura: accipiendū est mediū quod est antecedēs ad subiectū: ⁊ consequens ad p̄dicatū conclusionis vt ad sylogisandū istam conclusionē in darij: aliquis homo est rationalis: pōt sumi hoc mediū risibile. Sic arguendo: omne risibile est rationale: aliquis homo est risibilis: ergo aliquis homo est rationalis: ⁊ de signatur ista regula per hanc dictionē gebali. Iste sunt regule sex vtiles ad inueniendū mediū p̄ sylogisatiōe cōclusionis vere ex p̄missis veris. Et ideo significat dictionibus trisyllabis.

Sunt alietres regule inutiles.

¶ Prima regula. Ad sylogisandū aliqz conclusionē non valet: mediū qđ est cōsequēs ad vtrūqz: scz ad subiectū ⁊ p̄dicatū conclusionis quia tale medium debet p̄dicari de vtroqz affirmatiue. Et sic ex puris affirmatiuis sylogisaret in secūda figura. Et talis cōbinatio est inutilis: vt ad sylogisandū istam cōclusionē: omnis homo est risibilis: sumat hoc mediū animal. Sic arguēdo: omne risibile est animal: omnis homo est animal: ergo omnis hō est risibilis. Hic arguit ex puris affirmatiuis in secūda figura: ⁊ ista regula intelligit per hanc dictionem febas.

¶ Secūda regula. Ad sylogisandū aliqz cōclusionē valet: mediū quod sit extraneū ad subiectū ⁊ p̄dicatū conclusionis: quia sic sylogisatur ex puris negatiuis. vt ad sylogisandum istam cōclusionē: nullus homo est lapis: si sumat hoc mediū asinus sic arguēdo: nullus lapis est asinus: nullus homo ē asinus: ergo nullus homo est lapis: hic est

coniugatio inutilis ex puris negatiuis. Et hec regula significat hac dictione hecas. ¶ Tercia regula. Si medium ad silogisandum ali qua conclusionē sit extraneū ad subiecta z antecedens p̄dicati/ipsū hō est idoneū ad silogisandū talem conclusionē/quia sic vel arguitur in prima figura vel in tercia minore existente negatiua: vt in secunda figura maiore existente particulari. vt ad silogisandū istam in priā figura/aliquis lapis nō est aīal/sumat hoc mediū: hō/sic arguendo/oīs homo est animal/aliquis lapis nō est hō: ergo aliq̄s lapis nō est aīal. Eodem mō fiet in sc̄da z tercia figuris. Et dat̄ ista regula intelligi per hanc dictionem hecas. Iste vltime tres regule notant coniugationes inutilēs/ideo significant p̄ dictiones bisyllabas/vt patuit.

De potestatibus silogismorum. Po-

testas silogismoz est quedā pprietas silogismi conueniens ei gr̄a forme silogistice valens ad veritatis euidentiā/z ad falsitatis manifestationē. Et sunt sex pt̄ates silogismoz/que continent̄ in hoc versū. Plu. falsum circū cōuertit̄ impos. z oppos. ¶ Priā pt̄as. Est posse plura concludere. i. q̄ vnus silogismus p̄t̄ pcludere plu res cōclusionēs vt si silogismus in barbara. p̄t̄ concludere plures p̄clusionēs: sc̄z primo vni uersalē affirmatiuā/sc̄do particularē affirmatiuā illi vniuersalē. z tertio conuertentē particularē. z sic concludit tres cōclusionēs. ¶ Secunda pt̄as est ex falsis silogisare vez. vt in barbara p̄t̄ sic silogisari. omnis lapis est hō/oē risibile est lapis/ergo om̄e risibile est homo.

¶ In tota falsa. Cui⁹ priā est in tota vera z necessaria sc̄z p̄ q̄libet differentia t̄pis/vt oīs hō est lapis/ est in tota falsa qz eius contraria/sc̄z nullus hō est lapis est in tota vera. z d̄ in toto falsa pp̄o/qz predicatum talis pp̄ois nec puenit subiecto nec alicui supposito ei⁹. ¶ In parte falsa. Cuius p̄dicatū puēit s̄biecto p̄ aliquo supposito: s̄ non p̄ oibus/vt ista: oīs hō ē albus est in pte falsa/quia de quibusdā est verū m̄ dicere qz sint albi. z de quibusdam q̄ non sint albi.

¶ Tercia pt̄as/Est circulariter silogisare. Silogismus circularis est q̄ p̄cedit ex cōclusionē prioris silogismi cū cōuertente alteri⁹ p̄missē ad inferēdā alterā p̄missam/vt si sic arguat̄/om̄e aīal rōnale ē risibile. oīs homo est aīal rōnale: ergo oīs hō est risibilis. Tunc arguat̄ sic circulariter ponendo conclusionē p̄ maiorē: z conuertendo minorē simpliciter pcludēdo maiorē prioris silogismi sic arguēdo/oīs hō est risibilis. oē aīal rōnale est hō/ḡ oē aīal rōnale est risibile. s̄ qm̄ mior silogi

atur / tunc sumit conclusio p minore cū conuertente maioris: et infer-
tur minor / et loquit̃ ista ptās de conuersione simplici. ideo solū fit ī ter-
minis conuertibilibus. ¶ Quarta ptās est conuersiue silogizare: et
est ex opposito cōclusiōis cū altera pmissaz interuere aliā pmissaz
per oppositū eius: vt oē aīal est sba. omnis hō est aīal. ergo omīs hō
est sba. Sumat contrariū conclusionis: et fiat minor seruādo maio-
rem / et inferat contrariū minoris in camestres et tūc erit silogism⁹ cō-
uersiuus. ¶ Dupliciter aut̃ contingit silogizare conuersiue. Vno mō
capiendo contradictoriū conclusiōis. Alio mō capiendo contrarium
conclusiōis. Vñ si cōclusio prioris silogismi sit vniuersalis pōt indis-
ferenter sumi contrariū vel contradictoriū. Si vō talis conclusio fue-
rit p̃ticulari solū p̃t sumi p̃dictorium. ¶ Quinta ptās est p̃ impos-
sibile silogizare. Silogism⁹ p̃ impossibile. Est qui p̃cedit ex p̃dictorio
ppōis negat ea r̃sidente cū vna manifeste vera ad inferendū vnā ma-
nifeste falsam / ex cuius falsitate infer̃ falsitas alicuius p̃missae. Et ex
falsitate illius infer̃ veritas cōclusionis. pbande: vt sit hec p̃positio
pbanda: quidā hō non est asinus: et negatur a respondente p̃teruo
et tunc recipit̃ eius p̃dictoriū: scz oīs hō est asinus / cuz vna manifeste
vera: et silogizat̃ sic: oīs asin⁹ est irrōnalis: oīs hō est asinus / ergo oīs
hō est irrōnalis. Ista cōclusio est falsa / ergo aliq̃ p̃missaz: non maior
ergo minor / et p̃ p̃ns si minor est falsa tūc p̃dictoria ip̃i⁹ est vera: que
est cōclusio pbāda scz ista / quidā hō non est asin⁹ / et fit tal' silogism⁹
in oibus figuris sicut silogismus cōuersiuus. Differt aut̃ ab eo quia
in silogismo cōuersiuo sumit̃ p̃dictoria prioris silogismi: sed in silogis-
mo ad impossibile solū sumit̃ p̃dictoria ppōis negate a respondente
¶ Sexta ptās est ex oppositis silogizare / vñ silogismus ex opposi-
tis est / qui ex p̃missis cōtrarijs vel p̃tradiatorijs infer̃ conclusionē
in qua idem negat̃ de seip̃o / vt nulla disciplina est studiosa. oīs disci-
plina est studiosa. ergo nulla disciplina est disciplina. Sciendum pre-
terea q̃ silogismus ex oppositis nō fit in prima figura: quia ppōnes
opposite debent esse eiusdem s̃iecti et eiusdem p̃dicati / s̃ in prima fi-
gura id qd̃ in ppōe prima est s̃iectum. In scda est p̃dicatū ḡ et c.
Sed silogismus ex oppositis bñ pōt fieri in secunda et tertia figurā.
Cognoscit̃ aut̃ in qua figura sit ex conclusiōe / qz in eius p̃clusiōe vna
extremitas subijcitur et alia p̃dicatur. Terminus aut̃ qui nō ingredit̃
cōclusionē est mediū / quīs ergo in vtraqz p̃missaz silogismi ex oppo-
sitis sit idem s̃iectū: et etiā idem p̃dicatū. et p̃pter hoc nō magis vi-
deatur esse in scda figura q̃ in tertia. Tamen alijs sic est in scda figu-
ra q̃ non in tertia. et econtra. Nam si p̃dicatū vnius p̃missae p̃cludat̃

41

de p̄dicato alterius silogismus est in tertia figura. Si vero subiectus
vnius premisse concludatur de subiecto alterius talis silogismus est
in secunda figura. Et hec de secunda parte huius opusculi p̄o iunio-
rum institutione sufficiunt.



Tercia pars de locis dyalecti- cis: et primo quedam ad se- quentia intelligenda premit-

tuntur iuxta intentionē pe. hyspa. in quinto tractatu sue summe.

¶ Primo idem est qđ diffinitio v̄l descriptio. Et sic ca-
pitur in diffinitōe equiuocoz ⁊ vniuocoz cum dicit̄
⁊ ratio substantie scđm nomen est diuersa vel eadem.

¶ Secđo. Ratio est quedam virtus anime boni a ma-
lo discretiua. Et sic ratio idem est quod intellectus. Li-
cet tamen ratio est intellectus differāt scđm rationē ⁊
ista est potissima acceptio rationis.

¶ Tercio: idem est qđ p̄pō ostendēs aliqd / sicut sunt
rationes disputantium: qđo dicim⁹ iste probat inten-
tum suum tribus rationibus.

¶ Quarto ratio est forma materie: sicut in castello fer-
rum dicitur materia: dispositio vero introducta in fer-
rum vocatur forma.

¶ Quinto: Ratio idem est qđ essentia cōis p̄dicabilis
de pluribus / vt essentia generis sp̄ci vel differētie: ⁊ sic
dicimus qđ quinqz sunt rōnes predicabiles.

¶ Sexto idem est qđ medium p̄banz conclusionem.
Et hoc modo sumit̄ in diffinitōe argumenti.

¶ Argumentū. Est ratio rei dubie faciēs fidē. i. mediū
siue antecedens alicuius p̄ne faciēs fidē de re dubia. i.
ex cuius tocus p̄ne credulitate generatur fides. i. ver⁹
assētus de p̄clusiōe qđ p̄i⁹ erat dubia si fuisset p̄posita.

¶ Cōclusio: est argumento vel argumentis approba-
ta propositio.

¶ Questio: Est dubitabilis propositio. i. p̄pō sumpta
cum signo interrogatiuo.

¶ Medium: Est quod habet duo extrema existēs vni-
tuum ipozum scđm aliquem modum.

¶ Ratio
capit̄ mul-
tis modis

¶ Nota

¶ Argumentatio est argumenti p ordes explicatio. i. ozo explicans argumentū, s est elocutio vocal' ipi' argumenti metaliter prius facti.

Differunt

¶ Mediū: dicitur absolute: in q̄tū habet duo extrema.

¶ Argumentū vero addit supra mediū virtutē pbandi conclusionē: et est precise antecedens alicuius pcessus probatiui. Et sic est pars argumentationis: sicut antecedens est pars consequentie totius.

¶ Argumentatio dicitur totalis oratio cōposita ex premissis conclusionē manifestans: virtutem argumenti et potestatem mediij in quā et qualem post cōclusionem.

¶ Syllogismus: est oratio in qua quibusdam positis et concessis: necesse est aliud euenire per ea que posita sunt et concessa: vt quilibet pater diligit filium. Socrates est pater: ergo Socrates diligit filium.

¶ Inductio est pgressus a singularibus sufficienter enumeratis ad suū vnūuersale: vt Sortes currit. Plato currit: et sic de singulis: ergo omnis homo currit.

¶ Enthimema: est syllogismus imperfectus: id ē oratio in q̄ ex vna pmissa inferit cōclusio alia: pmissa non expressa: vt hō est animal: ergo hō est substantia: si enī apponeret alia pmissa: puta: omne animal est substantia: esset syllogismus pfectus Aristoteles sic diffinit Enthimema Enthimema est ericotib' et signis: eos idem est q̄ ppositio pbabilis. Signū autē vt hic sumit: dicitur ppositio necessaria.

Argumentationis quatuor sunt species

¶ Exemplum: est ex vno particulari ad aliud particulare pbandū pgressio ppter similitudinē in eis reperiā: vt Cracouienses pugnare contra Vratislavienses est malū: ergo Posnanienses contra Snesnenses pugnare est malū tenet cōsequentia ex hac similitudine: quia sicut Cracouienses sunt affines Vratislaviensibus: ita Posnanienses Snesnensibus

¶ Locus est sedes argumenti: vltimo a q̄ ad ppositā questionē pue

¶ Locus maxima idē est q̄ maxima. Maxima autē est ppositio q̄ nō est altera prior nec notior: vel est ppositio p se nota et cōcessa absq̄ hoc q̄ indigeat pbari p alias ppositiōes notiores: p quā etiā nate sunt pbari alie ppositiōes dubie vel min' note: vt omne totū est maius sua parte. Item ab eālibus equalia demas: remanentia erunt equalia.

niēs trahit
argumen-
tū h est rō
cōfirmatis
ua argu-
mētū: vlt ter-
mini ex q̄
bus cōpo-
nit māria
rōe q̄ uorū
habitudis
adūicem
vz tale ar-
gumentū
z ē duplx.

Locus diffe-
rentie ma-
xime diui-
dit p̄ locus
intrinsecus
extrinsecus
z medium

¶ Locus differētia maxime Est illud q̄ vna maxima
differt ab alio: vel est termini ex quibus constituit ma-
ximate: quorū habitudine adinucem maxima habet
noticiam z veritatem: vt ille due maxime de quocūqz
predicatur diffinitio z diffinitum: z de quocūqz predi-
catur species: z genus: que differunt per terminos: ex
quibus componunt: vna em̄ ex genere z specie: alia ex
diffinitōe z diffinito: z isti termini simplices: dicuntur
differētie maxime: q̄a ex habitudine istorū terminorū
q̄libet maria ex his duab⁹ hs suā veritatēz efficacitā.

¶ Locus intrinsecus: Est qñ argumentum sumit ab
his que sunt de substantia rei: hoc est: qñ termin⁹ infer-
rēs est de substantia: vel de his q̄ puertibiliter cōueniūt
termino illato: vel etiā de his que cōcomitantē esse rei:
vt p̄posita ista questio: vtrū Sortes sit animal: z argu-
endo sic. Sortes est homo: ergo Sortes est animal: ibi
sumit argumentū ab illo termino homo qui couenit
intrinsece cū termino illato: scilicet animali.

¶ Locus extrinsecus: Est qñ argumentum sumit ab
his q̄ omnino sunt separata a substantia rei: hoc est: qñ
terminus inferēs est simpliciter extrinsecus z discōue-
niens cum termino illato: vt sic arguendo. Sortes est
albus: ergo Sortes nō est niger: ille terminus inferēs
albus est simpliciter extrinsecus z discōueniēs cū ter-
mino illato: scilicet nigro.

¶ Locus medius: Est qñ argumentū sumitur ab his
que partim conueniūt: z partim differunt cū termino
in questione posito: hoc est: qñ terminus inferēs par-
tim conuenit: z ptim differt cū termino illato: sicut inter
concretū z abstractū q̄ cōueniūt in re significata: z dif-
ferunt in modo significadi: z conueniūt in principio:
z differunt in fine: vt si querat: vtrum iusticia sit bona
z probaret sic: iustum est bonū: ergo iusticia est bona.

¶ Locus a substantia: Est qñ sumit argumentum ab
his que sunt de substantia terminorū in questioe posi-
torū: hoc est: qñ terminus in antecedente positus: rati-
one cuius cōclusio inferē: est cōuertibilis cū terminis
in cōclusione positus: vel fm̄ alios: locus a substantia

dicatur: cuius terminus inferens: et illatus supponit
 p. eisdem cōuertibiliter: sicut sunt diffinitio et diffinitū
 descriptio et descriptū: interpretatio et interpretatum: et
 diuidit ille locus per locū a diffinitione a descriptōe
 et a nominis interpretatione.

**Locus in-
 trinsecus ē
 duplex.**

¶ Locus a cōcomitantibus subiectū est qñ sumit ar-
 gumentū ab his: que cōsequunt terminos in quēstōe
 positos: hoc est: qñ argumentū sumit ab his que con-
 ueniunt cū substantiā rei: non tñ dicunt cōuertibiliter
 totam substantiā eius: vt qñ terminus inferēs puenit
 cū termino illato nō tñ puerbiliter. Vel fm alios: lo-
 cus a cōcomitantibus substantiā: est ille cuius termi-
 nus inferēs et illatus non supponit p. eodem cōuer-
 tibiliter: nec significat idem cōuertibiliter: s; de vno ve-
 rificat esse in alio fm aliquē modum essendi in. Et di-
 uiditur: quia Alius est loc^o a toto. Alius a parte. Ali^o
 ab causa. Alius ab effectu. etc. vt patebit de locis a sba

**Locus a dif-
 finitōe: est
 bitudo dif-
 finitōis ad
 diffinitum
 et illa habi-
 tudo ē bitu-
 do identi-
 tatis et con-
 uertibilita-
 tis: qñ diffi-
 nitio ē idē
 essentialit^r et
 cōuertibili-
 ter cū diffi-
 nito: et idē
 quicquid af-
 firmat vel
 negat de
 diffinitōe
 affirmat vel negat de diffinito: et eōtra: et cōtinet quat-
 tuor argumenta: et quattuor maximas.**

**Diffinitio
 est ofo in-
 dicans qd
 est esse rei
 p. substan-
 tialia: et di-
 uidit p. lo-
 cū: qñ qui-
 dam est.**

¶ Primo: subiiciēdo diffinitionē af-
 firmatiue: vt aīal rōale mortale currit:
 ergo homo currit. Locus a diffinitio-
 ne ad diffinitū. maxima confirmatiua
 dicte cōsequētie est quicquid p. edicat
 de diffinitione et de diffinito.

¶ Secōdo: pdicādo diffinitionem affir-
 matiue: vt Sortes ē aīal ratiōale mor-
 tale: ergo Sortes est hō: loc^o a diffiniti-
 one maxima: de quocūq; predicatur
 diffinitio et diffinitum.

¶ Tertio subiiciēdo diffinitionē ne-
 gatiue: vt aīal rōale mortale nō currit:
 ergo hō nō currit: loc^o a diffinitōe ma-
 xima quicquid remouet de diffinitio-
 ne: etiam remouet de diffinito.

¶ Quarto: pdicādo diffinitionē ne-
 gatiue: vt lapis nō est aīal rōale mor-
 tale: ergo lapis nō est hō: locus a diffi-
 nitione maxima a quocūq; remouet
 diffinitio et diffinitum.

Loc^o a dif-
 finito: Est
 bitudo ipsi-
 us diffiniti-
 ad suadiffi-
 nitiōez: tan-
 q̄s iferētis
 z illati: z cō-
 tinet q̄ttu-
 or argumē-
 ta: z q̄ttuor
 maximas.

¶ Primo: subijciendo diffinitū affir-
 matiuē: vt hō currit: ḡ aīal rōale currit
 loc^o a diffinito ad diffinitōnē maxia:
 q̄cqd̄ p̄dicat̄ d̄ diffinito z d̄ diffinitōe
 ¶ Secōdo: p̄dicādo diffinitū affirmati-
 uē: vt Sortes ē hō: ḡ Sortes ē aīal rō-
 nale mortale: loc^o a diffinito ad diffi-
 nitōnē maxia de quocūq; p̄dicā-
 tur diffinitum z diffinitio.

ue: vt lapis nō est hō: ergo lapis nō est aīal rōnale mortale: loc^o a diffi-
 nito ad diffinitōnē maxia: a quocūq; remouet̄ diffinitū z diffinitio.
 Scōm ali-
 q̄s locus a
 diffinitōe
 ad diffini-
 tū valet af-
 firmatiuē:
 excepti du-
 ob^o casib^o.

¶ Prim^o: q̄ diffinitio z diffinitū nō capiāt materialiter
 vñ nō sequit̄: aīal rōale mortale ē ofo: ergo hō est ofo.
 Scōs: q̄ diffinitio z diffinitū nō sumāt cū dictiōe im-
 portante actū ale interiorē: z q̄ diffinitio z diffinitum
 nō appellēt suas rōes pprias: vñ nō sequit̄ a sorte in-
 telligit̄ aīal rōale: ergo a Sorte intelligit̄ hō: posito ca-
 su: q̄ in mēte Sortis sit cōcept^o cōplexus hui^o diffini-
 tiōis aīal ratiōale: z nō actus simp̄ ex hominis.

Loc^o a
 descrip-
 tione ad
 descrip-
 tū: ē bitu-
 do descri-
 ptionis
 ad descri-
 ptū: z cō-
 tinet q̄t-
 tuor ar-
 gumēta.

Descri-
 ptio: est
 ofo idi-
 cās qd̄ ē
 esse rei p
 acciden-
 talia: vt
 descrip-
 tio ē ofo

¶ Primo: subijciendo descriptiōez affirma-
 tiuē: vt aīal risibile currit: ergo hō currit: lo-
 cus a descriptiōe ad descriptū maxia: quic-
 qd̄ p̄dicat̄ de descriptiōe: etiā p̄dicat̄ de de-
 ¶ Secōdo: p̄dicādo descriptiōnē scripto
 affirmatiuē: vt Jobes est aīal risibile: ergo
 Jobs est hō: loc^o a descriptiōe ad descriptū
 maxia de q̄cūq; p̄dicat̄ descriptio z descri-
 ¶ Tertio: subijciendo descriptiōnē scriptum
re potest esse verum. Solutio q̄ minor est duplex/co q̄ iste modus possibile potest determinare hoc dictum sedentem currere: acceptum pro compositione suarū partium: et sic minor est composita et falsa: et sequitur cōclusio. Alio modo possibile determinat dictum sumptum pro suo materiali et sub diuisione partium suarum: et sic minor est diuisa et vera: et non sequitur conclusio: sed cōmittit fallacia compositio nis. ¶ Secundus: est quando vna determinatio potest referri ad diuersa determinabilia: vel vnum determinabile ad diuersas determinaciones: vnde sic paralogisatur. Quicquid viuuit semp̄ est. Socrates viuuit: ergo Socrates semper est. Maior est duplex: quia hec determinatio semp̄ potest determinare hoc verbum est. Et sic est composita et falsa: et sequitur conclusio: vel potest determinare hoc verbum viuuit: et sic maior est vera et diuisa: et non sequitur conclusio.

¶ **Causa** } Apparentie: Est materialis vnitas oratiōis diuise vere cum composita falsa ratione cuius creditur q̄ sicut oratio in sensu diuiso est vera: q̄ etiam in sensu composito.

Defectus: Est diuersitas significatorum orationis diuise vere: et compositae false.

¶ **Generaliter:** Et sic diuisio est ordinatio partium in oratione fm̄ situm minus determinati et aptum.

¶ **Specialiter:** vt solum reperitur in oratione diuisa falsa. Et diffinitur sic. Diuisio est eorum que debent componi falsa diuisio et separatio.

¶ **Fallacia diuisionis.** Est idoneitas decipiendi proueniens ex materiali vnitate orationis compositae vere cum diuisa falsa. Et habet duos modos. ¶ **Primus.** Est quando eadem determinatio potest diuersimode idem determinabile determinare: vt quando coniunctio coniungit inter terminos vel inter propositiones: vel quando idem modus diuisionis determinat idem dictum vel pro se toto vel p̄ parte sui: et sic paralogisatur. Quaecumq̄ sunt duo et tria: sunt duo et sunt tria: sed quinq̄ sunt duo et tria: ergo quinq̄ sunt duo: et quinq̄ sunt tria. Minor est duplex: quia ista coniunctio et potest copulare p̄positiones simul: vt sic quinq̄ sunt duo: et quinq̄ sunt tria: et sic est vna ipothetica et falsa. Vel potest copulare inter terminos: vt quinq̄ sunt duo et tria: et valet tū quinq̄ sunt duo et tria simul sumpta. Sil'r bic omne qd̄ est in

possibile esse albū: impossibile est recipere albedinē: sed nigrū eē albus est impossibile: ergo nigrū recipere albedinē est impossibile/ minor etiā est duplex: scđm q̄ illud dictū albū esse nigrum pōt diuersimode determinari p̄ hunc modū impossibile. ¶ Scđs/ Qñ aliqua determinatio pōt determinare diuersa determinabilia. Vel qñ idem determinabile pōt determinari diuersis determinationibus: vt quocunq̄ vides aliquē percussum percussus est: sed vides oculo percussus: ergo oculo percussus est. Solutio minor est duplex/ qz vel ille obliquus oculo potest construi cū illo verbo vides. z sic est cōposita z vera. tm̄ valēs q̄ oculo vidisti illū qui percussus est/ vel ille ablatiuus oculo p̄struit cum illo p̄prio percussum/ z sic f̄cat instrumentū percussōis: z est diuisa z falsa/ tm̄ valens tu vides illum qui percussus est oculo tanq̄ instrumento percussionis.

¶ **Causa**

¶ **Apparentie.** Est illa materialis vnitas oōis p̄posita vere z diuise false. p̄pter quā credimus: q̄ sicut illa oratio est vera in sensu cōposito/ q̄ etiā sit vera in sensu diuiso cum tamen sit falsa.

¶ **Defectus:** Est diuersitas significatorū orōnis cōposite z diuise.

¶ **Composita:** In qua dictōnes z ptes ordinant scđs situm: scđm quem magis apte sunt ordinari/ et sub q̄ magis apprehenduntur ab intellectu.

¶ **Oratio**
dicatur h.

¶ **Diuisa** in q̄ ptes z dictōes nō ordinant/ sicut earū situs erigit z requirit/ verbi ḡfa ista ofo: quicq̄d viuit semper est potest esse composita vel diuisa. Quādo em̄ dictiones componantur sicut eorum natura z sit⁹ erigit/ erit composita vera/ vt quicquid viuit semper. h̄ est. Sed si dictiones ordinantur z non vniantur sicut eorum natura erigit: erit diuisa falsa/ vt quicquid viuit semper est. diuidendo hoc aduerbium semper: ab hoc verbo viuit: cui tamen proprie z conuenienter vnitur.

Accentus sic diffinitur. Est certa lex
z regula ad eleyandum vel deprimendum sillabam vniuscuiusq̄ dictionis. Vel scđm alios. Accentus est modus significatiuus proferēdi vel scribēdi dictionem incomplexam.

Accentus est triplex.

- ¶ **Gravis:** Est qui deprimit sillabam dictiōis: vt do minus q̄stum ad mediam sillabam.
- ¶ **Acutus:** Est qui acuit sillabam dictionis ⁊ eleuat: vt media istarū dictionū: natura statuta fortuna.
- ¶ **Circumflexus:** Est qui acuit ⁊ deprimit simul: vel qui incipit ab ymmo ⁊ p̄cedit in altum: ⁊ finaliter ten dit in ymmū: vt Hierusalem.

Dictionū ī pnūciatio ne accidūt quattuor

- ¶ **Cōtinuitas ⁊ interruptio:** omīs enī dictio incōpleta debet proferri ⁊ scribi continue: scz sine suarū litteraz vel sillabarum interruptione.
- ¶ **Tempus:** in pnūciatiōe suarū sillabarū: scz q̄ pro fertur longe vel breuiter: vnde ⁊ grāmatici dicunt lon gam sillabam habere duo tempora: ⁊ breuem habere vnum tempus.
- ¶ **Aspiratio** scribit̄ enī vel p̄fert̄: dictio seu sillaba ali q̄ cū aspiratiōe: aliq̄ sine ea: vt amo hamo.
- ¶ **Accentus** qui est modulatio vocis fm eleuationē vel depeffionē ipsius in eius diuersis partibus: ⁊ pe nes ista accidentia potest causari fallacia.

¶ **Fallacia accentus.** Est idoneitas decipiendi p̄ueniens ex materia: li vnitare dictiōis diuerse fm modum p̄ferendi diuersa significantis: ⁊ habet quattuor modos.

¶ **Primus:** Quā aliqua dictio significat plura: ⁊ vt signat vnū habet aliquā sillabam longā: ⁊ vt significat ali ud: habet sillabā breuē: ⁊ fit talis paralogismus: omīs populus est ar bor: gens est populus: ergo gens est arbor: vtraq; p̄missarū est du plex inq̄tū aliud significat hoc nomen populus: prout prima sillaba corripitur: quia gētem: ⁊ vt p̄ducitur etiā aliud quia arborē. Versus Populus est arbor: populus collectio gentis.

¶ **Secūds:** Quā aliqua dictio aspirata significat vnū: ⁊ non aspirata significat aliud: vnde sic paralogisatur: quicquid hamat homo capit: Katherina amat: ergo Katherina hamo capit. Solutio qd̄ nō valet: quia ⁊ iud significat ha mo cum aspiratione: ⁊ aliud sine aspiratione: ⁊ sic vtraq; p̄missarū est duplex.

¶ **Tertius:** Quā aliqua dictio regit̄ acuto accentu tanq; graui: ⁊ fm hoc paralogisat̄. Quoscunq; dignū est pendere dignum est penam pati: iustos viros dignū est pendere: ergo iustos viros di gnū est penam pati. Solutio: quia vtraq; p̄missarū est duplex: eo q̄ hec dictio pendere vt habet acutum accentum significat penam pati: ⁊ vt habet grauem accentum significat penam inferre. Versus. Pen do do penam: dum pendeo sussero penam.

¶ **Quartus:** Quando

aliq̄ vox p̄t esse vna dictio vel due: siue p̄t regi vno accentu vel duobus. ⁊ sc̄dm hoc fit talis palogismus. tu es qui es/ sed quies est requies/ ergo tu es requies. Solutio quia vtraq̄ p̄missarū est duplex eo q̄ quies potest eē vna dictio. ⁊ sic maior est falsa. ⁊ minor vera. v̄l potest esse due dictōes: tūc maior est vera. ⁊ minor falsa. Vel est in vna p̄missarū vna dictio. ⁊ in alia due dictiones. ⁊ sic non sequit̄: conclusio propter multiplex.

¶ **Causa.**

¶ **Apparentie.** Est illa materialis vnitatis dictōis plurarū significātis rōne cuius credit̄ q̄ sicut illa vox est materialiter vna: q̄ etiam habeat t̄m vnum accentum et vnum significatum.

¶ **Defectus.** Est diuersitas significatorum illius dictōis diuersē sc̄dm modum proferendi.

De fallacia figure dictionis que peccat penes multiplex fantasmicā.

¶ **Figura dictōis.** Est terminatio dictōis p̄ quā vna dictio p̄t alteri assimilari. Et hec silis terminatio p̄t eē vel in voce. vel in mō significādi/ vel etiā in significato.

¶ **Fallacia figure dictōis.** Est idoneitas decipiēdi. p̄ueniens ex eo q̄ aliqua dictio silis alteri dictōi in terminatōe videtur habere eundem modum significandi. Vel idē significatū/ cū t̄m nō habeat. Et eius sūt tres modi. ¶ **Primus.** Quā p̄pter vnitatē rei significate interpretamur eundē modū f̄candi aut supponēdi. vt sic arguendo. Quicquid est coloratum est album. sed plato est aīal coloratū. ergo plato est album. ibi p̄pter conuenientiā ⁊ vnitatē platonis ⁊ animalis in significato credimus. q̄ plato habeat eundem modum significandi. vt sicut animal est generis neutrius. ita ⁊ plato. ⁊ ad hunc reducuntur oīs palogismi peccantes penes variatōem suppositōis/ vt fortes ē hō: homo est species/ ergo socrates est sp̄s. quia homo in socrate est eadem res sicut socrates ⁊ credimus socratem ⁊ hominem habere eundem modum significandi. vt sicut homo significat quale quid. sic credim⁹ q̄ socrates significat quale quid. ¶ **Secundus.** Quando p̄pter vnitatem duarū dictionum in modo significandi creditur conueniētia in re significata. vel alterius modi significandi. ⁊ si mutatur res vnius predicamenti in rem alterius predicamenti. Vel modus vni⁹ in modum alterius. Vel res vnius speciei in rem alterius speciei. Sint exēpla. Quicquid heri fuisti hodie es/ beanus eri fuisti. ergo hodie beanus es/ non sequitur/ quia ibi. p̄pter similitudinē modi significan-

di illius distributiui quicquid: et illius cōcreti beanus qđ sumitur sub modo substantiæ: credit beanus scire substantiã: cū tñ sciat qualitã. Et sic mutat quid in quale. Itē: qñtoscumq; digitos heri habuisti hodie habes: sed digitos decē heri habuisti: qñ decē digitos hodie habes: supponēdo qđ medio tpe vnū digitū amisisses: non sequit̃: q̃a mutatur qñtitas; cōtinua in qñtitatē discretam: et sic res in specie in rē alterius sp̃ci. ¶ Terti⁹: qñ ppter puenientiã duarū dictionum in modo pferendi siue terminatione vocis: credimus cōuenientiã ipsarū in resignificata: vel in modo significãdi: vt videre et secare: imiliter terminantur: sed secare est agere: ergo videre est agere hic ppter similitudinem terminationē in voce: non sequitur identitas in significato. Similiter non sequitur: musa et poeta similitur terminant̃: sed musa est generis feminini: ergo poeta est generis feminini: hic propter similitudinē vocis creditur esse conuenientia modorum significãdi.

¶ Causa

Al pparentie: Est similis terminatio vnus dictiōis cū alia: ppter quã quis credit dictiones habere idem significatum: vel eundem modum significãdi. Defectus vel non existente: est diuersas significatorum vel modorum significãdi illarū dictionū in simili terminatione conuenientium.

Sequitur de fallacijs extra dictiōem

que sunt septem. Et primo de fallacia accidentis.

Accidens
capit tri-
plicate.

¶ Primo: p illo qđ dicit naturã accidentis: et vt dicitur cōtra substantiã: et hoc modo capit a Porphyrio: qui diffinit accidens dicens. Accidēs est qđ adest et abest pter subiecti corruptionem: vt albedo.

¶ Secūdo: p omni illo qđ est extra essentiã et naturã vel intellectū alicuius: et sic inferi⁹ dicit accidens superioris cū inferi⁹ nō est de essentiã superioris: s; potius econtra et sic capit primo Methaphis: cū dicit. Medicus non sanat hoīem sed callicam cui accidit esse hoīem.

¶ Terti⁹: magis cōiter p extraneo qđ extraneū alteri nō absolute: sed inq̃stum stat sub vno tertio: et sic nō solum inferius accidit superiori: sed etiã superius inferiori: vt si Socrates cōsideret sub illo attributo qđ est indiuiduū: tunc homo accidit Socrati inq̃stum Socrates stat sub illo attributo qđ est indiuiduū: vel intentione indiuidui: qz hō nō est indiuiduū: s; vniuersale.

R iij

In fallacia
accidentis
tria' requi-
runtur.

¶ **Causa**

¶ **Attributum:** est illud quod alicui attribuitur: vt maior extremitas que in premissis attribuitur medio.

¶ **Res subiecta:** est que primo subijcitur attributo actu vel aptitudine.

¶ **Accidens:** est quod partim conuenit cum re subiecta et partim differt a re subiecta: et accidit sibi in quantum stat sub illo attributo: vt hic Socrates est indiuiduum: homo est Socrates: ergo homo est indiuiduum: hic indiuiduum est attributum. Socrates est res subiecta: homo est accidens: quia accidit Socrati ea parte qua Socrates stat sub illo attributo quod est indiuiduum: quod conuenit Socrati in quantum differt ab homine.

¶ **Apparentie:** est partialis conuenientia accidentis sine medio cum re subiecta quod sunt diuersas rationes conuenit cum extremis: propter quam creditur quod accidens conueniat cum re subiecta ea parte qua sibi conuenit attributum.

¶ **Defectus** est partialis diuersitas accidentis sine medio cum re subiecta propter quam non oportet: vt quicquid vni conueniat et etiam alteri conueniat.

¶ **Fallacia accidentis:** est idoneitas decipiendi: pueniens ex partiali identitate accidentis cum re subiecta: propter quam creditur quod illud quod attribuitur vni: attribuendum sit alteri: quod tamen non oportet propter partialem diuersitatem vnius ad alterum. Et eius sunt tres modi. ¶ **Primus:** quando aliquid vere predicatur de aliquo predicato: et per hoc creditur vere dici de subiecto: quod tamen est diuersum ab eo: vt hic: omne es est naturalis: statua Hercules est es: ergo statua Hercules est naturalis. Naturalis enim predicatur de ere: et propter hoc attribuitur statue de qua predicatur es: cum tamen statua et es sunt diuersa formaliter: cum nullum naturale est artificiale: nec econtra: secundo philosophorum. Unde dicitur quod medicum non tenetur vniuersimiliter in maiori et in minori: sed tenetur secundum identitatem que est in parte et non per se: et ita per accidens. Similiter hoc animal est genus: homo est animal: ergo homo est genus. ¶ **Secundus:** est: quando aliquid communi predicatur de duobus quibus est idem in parte et diuersum in parte: et propter hoc creditur illa duo eadem esse inter se: cum tamen sint diuersa: vt Socrates est homo. Plato est homo: ergo Socrates est Plato. homo enim est idem Socrati in parte et diuersum in parte.

¶ **Tertius:** est quando ex aliquibus diuisimiliter sumptis indebite inferatur aliquid quod coniunctum secundum accidens: vt iste est albus: et iste est monachus: et

go iste est albus monachus. Similiter iste canis est tuus: et iste canis est pater: ergo iste canis est pater tuus. In talibus enim paralogismus non sequitur conclusio ex premissis: quia secundum Aristotelem secundo Periarmeni as: et secundo Elencor: ex diuisis non inferitur coniuictus: quoniam diuersa accidentia repugnantia predicantur sibi inuicem: et arguitur in predicatis pure accidentalibus.

De fallacia secundum quid ad simpliciter.

Nota: q

Dictum simpliciter: est dictio sumpta sine determinatione diminuente: ut homo per se.

Dictum secundum quid: est dictio sumpta cum aliqua determinatione diminuente: ut homo mortuus.

¶ Prima: est determinatio diminuens contrahens illud cui additur ad partem materiale siue integrale: ut cum dicitur albus secundum dentes: secundum dentes est determinatio diminuens de albo: et contrahens ipsum ad partem integrale: ut ad dentes

¶ Secunda: est determinatio diminuens que facit teneri id cui additur pro eo cui conuenit imp: oprie: ut cum dicitur: ens in opinabile.

Determinatio diminuens est sexplex:

¶ Tertia: est determinatio diminuens contrahens illud cui additur ad partem in modo: ut cum dicitur oculus pictus: vel homo mortuus: pictus diminiuit de oculo et est oculi pictus pars in modo respectu oculi.

¶ Quarta: est determinatio diminuens contrahens illud cui additur ad partem in loco: ut bonum est mactare patrem in trual.

¶ Quinta: est determinatio diminuens contrahens illud cui additur ad partem in tempore: ut bonum est ieiunare in quadragesima.

¶ Sexta: est determinatio diminuens importans conditionem respectu alicuius: ut cum dicitur: diuitie non sunt bone abutenti.

Causa

¶ Apparentie: est conuenientia dicti secundum quid ad dictum simpliciter propter quam credimus quod talia dicta conueniant realiter: et quod unum continetur sub altero: quod tamen est falsum.

¶ Defectus: est partialis diuersitas dicti secundum quid cum dicto simpliciter.

¶ Fallacia secundum quid ad simpliciter: est idoneitas decipiendi perueniens ex partiali identitate dicti secundum quid ad simpliciter propter quam credimus quod unum sequatur ad aliud: et tamen non sequitur propter diuersitatem partialem inter se: et fit tot modis quot modis potest alicui accidere determinatione diminuente: et fit quinque modis.

¶ Primus: est fm partē in modo: vt nō sequit̄: hō mortuus est: ḡ hō est: q̄a mortuū diminuit rationē hoīs. Sitr̄ hic. Chimera ē ens imaginabile: ergo chimera est ens: q̄a imaginabile diminuit de ratioē eius: qd̄ est esse. Et iste modus fit fm partē subiectiuā. ¶ Secundus: fm partē integralē: vt Ethyops est albus fm dentes: ergo ethyops est albus. ¶ Tertius fit in his que sunt ad aliquid: hoc est: i his que dicuntur respectiue: vt diuitie non sunt bone abutenti: ergo diuitie non sunt bone. Licet em̄ diuitie non sunt bone cōparate ad aliud: tñ in se sunt bone. ¶ Quartus: fit fm vbi: siue fm locū: vt bonū est interficere patrem in triualis: ergo bonū est interficere patrem. ¶ Quintus: fit fm quando: siue arguendo cum determinatiōe ad tempus: vt bonū est ieiunare in quadragesima: ergo bonū est ieiunare: z isti para-logismi solvunt̄ negando consequentiam: quia dictum fm quid non infert dictum simpliciter.

De fallacia ignorantie elenchi.

¶ Elenchus: Est contradictio vnus z eiusdem nō nomis tñ: neq; rei tñ sed noīs z rei simul: nō sinonimi sed eiusdē: z ex his que data sunt ex necessitate: nō cōnumerato eo quod erat in principio ad idem fm idem: similiter z in eodem tempore. ¶ Aliter potest diffiniri. Elenchus est syllogismus contradictiōis: id est: syllogismus cōcludens p̄tradictoriam p̄positiōis date a respondente. ¶ Fallacia ignorantie elenchi: Est idoneitas decipiendi p̄ueniēs ex omissione alicuius quattuor particularū ad cōtradictionē requisitarū scz ad idem: fm idem: similiter: z in eodem tpe: ex qua videt̄ sequi cōtradictio simplr̄ qd̄ non oportet: z eius sunt quattuor modi. ¶ Primus: quando nō arguitur ad idē: vt duo sunt duplum ad vñ: z duo nō sunt duplum ad tria: ergo sunt duplum z non duplum: non sequit̄: quia duplū in p̄missis nō sumitur ad idem: quia in prima ad duos: z in secunda ad tria. ¶ Secundus: qñ non arguitur fm idem: vt Socrates videt fm oculum: z nō videt fm aurem: ergo videt z nō videt. Consequētia nō valet: quia nō affirmat̄ z negatur idem de eodem fm idem. ¶ Tertius: qñ arguitur non similiter: vt om̄s homo est indiuiduū: homo nō est indiuiduum: ergo homo nō est indiuiduū. z est indiuiduū. Consequētia nō valet: quia ibi homo nō tenet̄ similiter: quia in maiore tenetur p̄ suppositis: in minore p̄ natura cōi. ¶ Quartus: qñ non arguit̄ fm idem tempus: vt Socrates legit̄ heri: z Socrates non legit̄ hodie: ergo Socrates legit̄ z non legit̄: non sequit̄ quia nō est fm idem tempus: in p̄ma em̄ significatur tempus p̄teritum: z in secūda tempus p̄sens.

Causa

¶ Apparentie: Est appars observatio illaz pticularium ad cōtradictionē requisitarū siue cōuenientia cōtradictionis apparentis ad verā contradictionē: propter quā credimus q̄ contradictio appars ad veram inferat contradictionem simpliciter.

¶ Defectus est omissio alicuius illarum particularū que requiruntur ad contradictionem.

De fallacia petitionis principij.

¶ Principiū vt sumitur hic: est principale propositū quod aliquis intendit pbare: et tale est cōclusio pbanda: vnde vocamus in hoc loco principiū illud quod opponens pponit a principio probare contra respondentem: scz cuius oppositum posuit respondens.

Differunt

¶ Petere principiū: Est qñ idem sub eodem noie petitur: id est: accipere idem ad pbandū seipm: vt homo currit: ergo homo currit: et isto modo nulla est fallacia nec continet sub aliqua specie argumētatiōis: nec fm veritatem: nec fm apparentiam.

¶ Petere illud quod est in principio: est qñ idem petitur sub diuerso noie: vt aīal ratiōale currit: ergo homo currit: vel quando minus notum sumitur ad probationem magis notum.

¶ Fallacia petitiōis principij: Est deceptio pueniēs ex eo q̄ aliquod antecedēs credit pbare aliqd cōsequēs ppter apparentē notioritatē eius: quod nō probat: cū sit eque notū vel minus notū q̄ cōsequēs: et eius sunt qñqz modi.

¶ Primus: qñ p diffinitionē pbat diffinitū et contra. Et etiā qñ sinonimū pbat per sinonimū: vt aīal rationale currit: ergo homo currit.

¶ Secundus: qñ particulare pbat p vnīuersale: vt nullus homo currit: ergo nec Socrates currit: vel oīm oppositorū est eadem disciplina: ergo omnijū contrariorū est eadē disciplina.

¶ Tertius: qñ vnīuersale pbat p particulare: vt si aliqs debet pbare: q̄ oīm oppositorū est eadē disciplina: assummat illā: oīm p̄dictoriorū et cōtrarioz et sic de alijs est eadē disciplina: ergo oīm oppositorū est eadē disciplina. Vel sic. Socrates currit. Plato currit: et sic de singulis: ergo oīs hō currit.

¶ Quartus: qñ coniunctū petit in diuisis vel ecōtra: vt medicina est sani et egri: ergo medicina est sani: et medicina est egri. et contra.

¶ Quintus: est qñ vnū relatiuorū petitur in altero: vt si debeat pbari q̄ Socrates sit pater Platonis: et pcedatur sic. Plato est filius Socratis. ḡ Socrates est pater Platonis.

Causa

¶ Apparētie. Est apparēs diuersitas añcedētis ⁊ cō
seq̄ntis: ratiōe cui⁹ credit añs esse notius p̄ntē: ⁊ habe
re virtutē p̄batiuā p̄ntis cum tñ non habeat.

¶ Defectus: est equalitas noticiē conclusionis ⁊ pre
missarum sine identitate earum inter se.

De fallacia consequentis.

¶ Antecedens est propositio ex qua infertur alia. Sed consequēs est
illa que infertur ex antecedente.

Simplex qñ
ex simplici
añcedente
infert̄ sim
plex p̄ntis: ⁊
est duplex.

Quedā est q̄ tenet gr̄a habitudinū lo
caliū: vt si hō est: aīal est: ibi em̄ est loc⁹
a sp̄e ad gen⁹ p̄pter bitudinū sp̄e ad
gen⁹ de q̄ agit p̄e. Mis. in q̄nto trac.
Quedā ē q̄ tenet rōe circūstantiarū q̄
attendunt̄ ī rethorici: vt si compr⁹ est
adulter est: de hac silr ī q̄nto tractatu.

Cōseq̄ntia
est q̄ trahit̄
ex bitudie
q̄ est inter
añs ⁊ p̄ntis
⁊ ē duplex.

Cōposita:
qñ ex vna
p̄ntia infer
tur alia: ⁊
est duplex.

In pprio
⁊ ē duplex

Quedā est: qñ in añce
dēte aliq̄ p̄dicatū d̄r
de aliq̄ subiecte: ⁊ ī cō
sequēte oppo itū p̄di
cati d̄r de opposito sb
iecte: vt iusticia est v̄t⁹
q̄ iniusticia est viciū.
Quedā ē p̄positionū:
in q̄ seruato eodē ordi
ne: sicut ad añs sequit̄
p̄ntis. ita ad oppositū:
antecedētis sequit̄ op
positū p̄ntis: vt si iusti
cia est: virtus est: ergo
iusticia est: viciū est
Quedā terminorū: ⁊ ē
qñ arguit̄ ab anteces
dente in q̄ p̄dicatū d̄r
de aliq̄ subiecto ad cō
sequēs: in q̄ oppositū
subiecti d̄r de opposi
to p̄dicato: vt hō ē al:
q̄ nō aīal est: non hō.

In ecōtra
rio: ⁊ ē du
plex.

¶ Quedam ppositiōnū: 7 est in qua ordine econtrario sicut ad ante cedens sequitur consequens: ita ad oppositū consequentis sequit̄ opo positum antecedentis: vt si homo est animal: est ergo si nō animal est: non homo est.

¶ Fallacia consequentis. Est idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti cōuertibilitati consequētis cū antecedente: 7 habet tres modos.

¶ Primus est: arguendo a destructione antēcedentis ad destructionē psequētis: vt si homo est: animal est: ergo si homo non est: animal non est: non sequit̄ quia ad destructionē posteriorum: non sequit̄ destructio prioris. Sic similiter qñ arguitur a positione consequentis ad positionem antecedentis. vt si pluit terra est madida: ergo si terra est madida pluit: 7 ad istum modum vt ponit Petrus Hispanus reducūtur omnes cōsequētie: que fiunt ab inferiori ad superius negatiue: vt si nō est homo: nō est animal: vel a superiori ad inferius: vt animal est: ergo homo est. Et quotienscūq; fit pcessus ab inferiori ad superius cum distributione: vt omnis homo currit: ergo omne animal currit.

¶ Secundus est: qñ arguit̄ ab insufficienti inductione singulariū ad vniuersale: vt Socrates est cecus: 7 Plato est cecus: ergo omnis homo est cecus. Vel hic. Sortes est animal: 7 econuerso: Plato est animal: 7 econuerso: 7 sic de singulis: ergo omnis homo est animal: 7 ecōuerso: quia licet enumerant̄ sufficienter singularia illius: omnis homo est animal: non tñ omne animal est homo: que designatur per hoc q; dicit̄ econuerso: 7 hoc si ecōuerso dicat cōuersionē simplicē: quia si diceret conuersionē per accidens bene sequit̄. Nec em̄ esset vera: omnis homo est animal: 7 econuerso: aliquod animal est homo.

¶ Tertius. Quando arguit̄ a cōiter accidentibus que nō cōsequunt̄ seinuicem: vt iste est comptus: ergo est adulter: quia aliqui se consequit̄ 7 aliquando non. Item musa 7 poeta eodem modo terminant̄: s; musa est generis feminini: ergo 7 poeta: non sequitur: quia identitas generis 7 terminationis aliqui sese consequunt̄: 7 aliqui non: eo q; in aliis quibus genera distinguuntur per terminationes.

¶ Apparentie: Est apparens conuertibilitas consequentis cum antecedente ratione cuius creditur q; cōuertitur consequentia: que tamen non bene cōuertitur

¶ Defectus: Est diuersitas eorundem adinuicē propter quā non oportet illa esse conuertibilia nec consequentias eorum conuerti adinuicem.

De fallacia s̄m nō causam vt causam.

¶ **Stentius.** Est qui vnico p̄cessu ex duab⁹ p̄missis
ōndit ⁊ infert suā p̄clōes: vt oē aīal est s̄ba: omnis hō est
animal. ergo omnis homo est substantia.

Silogis-
mus est
duplex.

¶ **Ad impossibile.** Est qui ex duabus p̄missis infert
vnā manifeste falsam: p̄pter cuius falsitatē interimī
aliq̄ p̄missarū. Et sic sunt ibi plures p̄missae ⁊ plures
conclusiones. vt omne animal est asinus / oīs hō est ani-
mal: ergo omnis hō est asinus: conclusio est falsa: ergo
aliqua p̄missa: yltra nō minor: ergo maior / quando
ergo male interimī aliq̄ p̄missa: cōmittit̄ hec fallacia

¶ **Causa.** In proposito d̄r p̄missa q̄ necessario facit
ad illatōes p̄clūōis. Et q̄ remota remouetur cōclūō.

¶ **Non causa.** Est p̄missa nihil faciens ad illatōem
conclusionis. Et si nullo mō cōueniat euz p̄missis infe-
rentibus / hoc est in subiecto ⁊ predicato d̄r / non cau-
sat um tamen: quia non habet apparentiā cause. Sed
si conueniat cum p̄missis inferentibus in materia ⁊
ip̄a posita vel remota nihilominus sequitur conclusio
dicat̄ nō causa vt causa: q̄ tunc habet apparentiam.

¶ **Sciens
dum d̄r.**

¶ **Fallacia scdm nō causas vt cām.** Est idoneitas decipiēdi p̄ueniēs
ex eo: q̄ ppō q̄ nō est causa assumit̄ cū ppōibus que sunt cause inferē
di conclusionē / quā deceptus credit eē cām conclusionis inferēde p̄pt̄
hoc q̄ cōicat cum ppōibus que sunt cause: ⁊ sunt modi eius tres.

¶ **Primus.** Quī p̄missa nō causa cōuenit cū conclusionē vel p̄missis
in subiecto: et omne contrariū corruptōi est generatio: vita est cōtraria
corruptioni: ⁊ vita ⁊ anima sunt idē; ergo vita est generatio: vel vi-
uere est generari qd̄ est falsum: cuius em̄ res uiuit nō generat̄: in quo
palogismo hec ppō anima ⁊ vita sunt idē est non causa vt eā con-
ueniens in subiecto cum conclusionē. ¶ **Secs.** Quī p̄missa nō causa
conuenit cum cōclūōne vel p̄missis in predicato: vt omne rationa-
le est hō: omnis canis est rōnalis. ⁊ hō ⁊ animal sunt idē. ergo oīs ca-
nis est homo. In q̄ palogismo hec propositio homo ⁊ aīal sunt idē:
est non causa vt causa: ⁊ conuenit cum conclusionē in predicato.

¶ **Tercius.** Quando p̄missa non causa vt causa conuenit cum con-
clusionē vel p̄missis: tam in subiecto q̄ in predicato / vt nullū in sen-
situum est animal / aliquis homo est insensituum: ⁊ homo ⁊ aīal sunt
idē: ergo aliquis homo non est aīal / in quo palogismo hec propositio
homo ⁊ animal sunt idē: que est non causa conuenit cum cōclū-
sione ⁊ p̄missis tam in subiecto q̄ in predicato. Vnde quando sic

arguitur. Omnis asinus est rudibilis: omne animal est asinus: omnis homo est animal: ergo omnis homo est asinus. 7 conclusio est falsa/ ergo aliqua premissarum 7 non nisi ista: omnis asinus est rudibilis. hic est fallacia scdm non causam vt causam/ cuz male sit regressus a falsitate conclusionis ad premissas: quia interimitur premissa q non est causa falsitatis conclusionis.

- ¶ Apparentie:** Est conuenientia illius ppomis que no est causa in aliquo termino cu ppomis que sunt cause propter qua credimus/ q sicut pmissa ca facit ad illatione conclusionis false: q etiam premissa non causa inferat talem conclusionem 7 q ppter falsitatem talis conclusionis deberet interimi illa pmissa no causa que nihil facit ad illationem conclusionis.
- ¶ Defectus** est diuersitas premissa non cause ab alijs premissis que sunt cause conclusionis.

¶ Causa

De fallacia scdz plures interrogatio

nes vt vnam.

- ¶ Enunciatio.** Est oratio significatiua veri vel falsi: siue enunciatiua veri vel falsi.
- ¶ Propositio** est alterius ostensiuu/ 7 ponitur p alio scz pro conclusione inferenda: 7 dicitur propositio qz ordinatur in silogismum vel in aliquam conclusionem: vnde dicitur propositio quasi pro alio positio.
- ¶ Interrogatio** est propositio probabilis accepta cu signo 7 nota interrogationis.
- ¶ Propositio plures.** Est illa in qua vnus de plurib⁹ predicatur vel plura de vno/ vel plura de pluribus in p^{ri}ctim: vt socrates alb⁹: music⁹: citareus currit: Exemplum secundi: vt socrates est albus musicus: citareus: currit: legit:
- ¶ Propositio vna:** Est in qua vnū predicatur de vno siue sit vnum in numero: vt socrates est alb⁹: siue vnus specie: vt socrates est homo: vel vnum genere: vt socrates est animal: vel quod est vnum scdm p^{ri}us 7 posterius dictum/ vt homo est ens: vel in qua p^ura predicantur de vno ex quibus sit vnum: vt homo est animal rationale.

Ista tria sunt idem res: differunt rōe qz

Propositio omnia alia e

Interrogatio duplex quae quaedam est.

Una est illa in qua sub vno modo interrogandi interrogatur vnum de vno/ vt vtrum homo sit risibilis.

Plures: et potest dici duobus modis.

Vno modo vt habet vnitatem vocis et pluralitatem sensuum/ et talis reperitur in equocatione et amphibologia: vt vtrius canis currit.

Secundo secundum pluralitatem vocis et sensuum

Et talis est pluralitas explicita/ et quoniam plura pluralitate vocis et sensuum simul sub vna nota interrogantis proponuntur per modum vnius interrogationis/ vtrum socrates et plato disputant.

¶ Fallacia secundum plures interrogantes vt vna. Est idoneitas decipiendi. pueniens ex conuenientia interrogantis plures ad vnam propter quam aliquis credit tale interrogantem esse vnam. et quod ad ipsam debeat dari vna responsio/ cum tamen sint duae plures/ et eius sunt duo modi. ¶ Primus est: quoniam interrogante plura in singulari numero subiiciunt vel predicantur. Et tamen primi/ vt est ne hic et hic homo: demonstrato socrate et brunello. si dicatur quod non tunc sequitur quod socrates non est homo. Si dicatur quod sic/ tunc sequitur quod brunellus sit homo. et sic qualitercumque dicatur vna ratione dando sequitur manifestus inconueniens sed debet ad hoc euadendum dari plures responsiones dicendo hic est homo/ ille est equus siue non est homo. Et tamen secundo/ est ne homo risibilis et rudibilis. Si dicatur quod sic. Sequitur quod homo sit rudibilis. Si dicatur quod non/ sequitur quod homo non sit risibilis vtriusque talium est inconueniens. ¶ Secundus modus est: quoniam in tali interrogante in plurali numero plura subiiciunt vel predicantur. Et tamen est/ vt sunt ne ista bona vel non bona/ demonstrato vno bono et alio malo. Si dicatur quod sunt bona/ sequitur quod bonum sit malum. Si dicatur quod non sunt bona: sequitur quod bonum non sit bonum ergo dande sunt plures responsiones.

¶ Causa.

¶ Apparentie. Est puenientia interrogantis plures ad interrogationem vnam/ ratione cuius credimus quod sicut ad interrogationem vnam est danda vna responsio/ quod etiam ad interrogationem plures sit danda vna responsio.

¶ Defectus. Est pluralitas interrogatorum acceptorum per modum vnius.

De reductione omnium fallaciarum ad ignorantiam elenci.

¶ Reducere omnes fallacias ad ignorantiam elenci/ est ostendere qualiter quelibet fallacia peccat contra aliquam particulam in diffinitione elenci positam. et ad verum eleucum requisitam.

Ignoran-
tia elenci
capit' du-
pliciter.

¶ Uno modo generaliter: p omiffiōe alicui' pticule po-
fite in diffinitōe elenci: de qb' dictū est pri': sic capit
hic: z hoc modo ad eā reducunt omnes alie fallacie.
Alio modo specialiter: p omiffiōe alicuius quattuor
particulariū requifitarū ad perfectā contradictionem:
que fūnt ad idem: fm idem: fimiliter: z in eodē tempo-
re: z fic eſt ſpecialis fallacia ab alijs diſtincta.

¶ Uno modo fm aliquod cōe: quia ſc3 omnes paralo-
giſmi ſunt immoſificati: vel ſimpliciter ſic: q nō ſunt
diſpoſiti in modo z figura: vel partim ſunt immoſifi-
cati: quia non ſunt pbativi: eo q in iſtis nō eſt neceſ-
ſaria illatio vel pbatio conſuſionis ex premiſſis. Et
hec eſt generalis z cōis reductio omniū paralogiſmo-
rum z omniū fallaciariū ad ignorantia elenci.

¶ Secōdo: p cōſiderationē illorū que ſunt de cōſtitutiōe
veri elenci ſc3 pbatōis illatōis z ptradictōis: oēs em̄
fallacie in dictiōe hoc mō reducunt ad elenci: qā pec-
cant cōtra particulā que requirit ad cōtradictionē: ſic
et em̄ aliqñ in fallacijs in dictiōe ſit vnitas vocis: nō
tñ vnitas ſignificati: que ad contradictionē requirit.
Sed fallacie extra dictionē deficiūt a vero elenco in il-
latione: excepta tñ fallacia petitiōis principij: que etia
peccat in pbatōe. Ex his tñ q dicūt fallacia in di-
ctione peccat contra elencum in contradictione: z fal-
lacia extra dictionem peccat in illatiōe: hoc non eſt in-
telligendum ſic: q ſolum in vno deficiat z non in alio:
ſed hoc ideo dicūt: quia magis declinat ad vnam par-
tem q̄ ad aliam.

¶ Tertio ſpecialiter: fm cōſiderationē particulariū
poſitarū in diffinitōe elenci: in eo q oſtendit quomo-
do vnusquifqz paralogiſmus ſpēaliter deficiat a vero
elenco: rōe alicui' pticule poſite in diffinitōe elenci.

¶ Uno mō: qz videt inferre p̄dictionē alie' p̄pōis p̄
cōceſſe: z h mō fallacie i dictiōe peccāt p̄ cōtradictōes.

¶ Alio modo: qā videt pcludere contradictorium z
non concludit: z ſic fallacia ignorantie elenci peccat cō-
tra cōtradictionē: in qua tñ nō ſolum eſt peccatū con-
tradictione: ſed etiā in illatiōe: z ideo omnes fallacie ex
tradictionē peccāt contra illationem ſylogiſticam.

Reductio
fallaciarij
fitrib' mo-
dis:

Alijs ſylo-
giſmus dē
peccare cō-
tra p̄dictio-
nē duplr.

Ad elencū
reducūtur
fallacie in
dictiōe v3

Equiuocatiōis
Amphibologie
figure dictiōis
Compositiōis
Diuisiōis.
Accentus.

Quia peccant contra istam parti-
culā: videlicet: noīs ⁊ rei simul: qz
ratio silogismi ⁊ cōtradictiōis re-
quirit vnitatē rei ⁊ noīs simul: s;
in equuocatione: amphibologia li-
cet sit vnitās vocis non tū rei: qā

ibi dictio capitur multipliciter. In compositiōe diuisiōe ⁊ accentus:
non est vnitās neqz vocis: neqz significati: eo q non est eadem oratio
fm modum proferendi.

Accidē-
tis con-
seqntis:
fm non
causā vt
causam

Scōm
qd ad
simplr.

Ignorā-
tie elēci.

Petitōis
pziapij

Scōm
ples in-
terroga-
tiōes vt
vnam

Falla-
cie ex-
tra di-
ctiōes
redu-
cunt
ad elē-
cū: vi-
delicet
falla-
cia.

Quia
peccāt
p istam
pticulā.

Ex neces-
sitate ac-
cidere.

Ad idē.

Ad idē fm idem: silr ⁊ in eodem
tpe: qā nō obseruat cōditiōes spe-
ciales requisitas ad verū elencū.

Ad cō-
numera-
to eo qd
erati pzi-
cipio.

Oratio
vl vnitā-
tē oīs

¶ Cū ad elencū re-
qrit conclusionē seq-
er pmissis d necessi-
tate pntis fm falla-
ciā accētis: silr fm
nō causā: vt causā
conclusio nō sequit
de necessitate.

¶ In palogismis
cuz illi fallacie nō ē
affirmatō ⁊ negatō
eiusdē d eodē qd tū
reqrit ad verū elencū.

Quia i palogismis
petitōis pziapij nō
de necessitate oñdit
⁊ pbat pclusio fm
ipos: nec cōnumera-
tur qd erat in pzi-
cipio.

Ad elencū em rōe sy-
logismi reqrit: qd q
libet pmissarū sit p
positio vna: s; i fal-
lacia fm plures in-
terrogatiōes vt vna
nō sunt pp vna
s; ples: ⁊ sic peccant
p gen^o sylogismi.

Arts quinta est de suppositi

one: ampliatio: restrictioe ⁊ appellatioe atq; descēsu.



Suppō
cōis est: q̄
fit p̄termi
nus cōem:
vt hō. aial:
⁊ ē duplex.

Suppō: ē
acceptio
termini s̄
stantiui p̄
aliq; ⁊ ē du
plex: q̄a q̄
dam est.

¶ Naturalis: ē acceptio termini cōis p̄ oibus his p̄ qb̄ apt̄ ē participa ri: vt iste termin⁹ hō p̄ se sumpt⁹: supponit p̄ oibus hoibus tam qui sunt: q̄s qui erunt ⁊ qui fuerunt.

¶ Accidental: est acceptio termini cōis pro om̄ibus p̄ quibus exigit ad iunctum: vt homo currit.

¶ Discreta: est que fit p̄ terminū discretū: quales sunt Sortes: Plato: vel per terminuz cōem acceptum cum p̄noie demonstratiuo primitiue speciei: vt iste homo vel ille homo. Accipiendo ille demonstratiue nō relati ue: q̄a relatiue accipiedo suppoit eodē mō cū suo aīte

Suppositio
accītal
est duplex.

¶ Sipler
ē acceptio
termini cō
munis p̄
re vli fea
ta per ip̄m
terminū: vt cū d̄r: hō ē sp̄s: hō ē gen⁹: ⁊ est triplex.

Quedam est termini cōis in subiecto positi: vt homo est species.

Quedā est termini cōis positi in predi cato p̄pōis vliis affirmatiue: vt om̄is

Quedā ē termini cōis po hō ē aīal siti post dictionez exceptiua: vt om̄ie animal preter hoīem est irrationale.

¶ Personalis: est acceptio termini cōmunis p̄ suis inferioribus: vt homo currit: animal currit.

¶ Determinata: est illa quā h̄s termin⁹ cōis sumpt⁹ in definite: vel cum signo p̄ticulari: vt hō currit: vel aliq̄s hō currit

¶ Confu
sa ē accep
tiotermi
cōis p̄ oī
b⁹ suis ife
riorib⁹ me
diātesigno
vli: vt hō i
hac p̄pōe:
omnis homo est animal: supponit p̄fule: ⁊ est duplex.

Necessitate signi: q̄n̄ propter signū fit distributio subiecti: vt oīs hō est aīal

Necessitate rei: q̄n̄ termin⁹ distribuit̄ ex hoc q̄ res significata per terminuz est in aliquo subiecto qd̄ est distribu tum: vt in ista p̄positioe oīs hō ē aīal aīal distribuit̄ ad distributionē hoīs in qua est. Hanc tñ vltimā diuisionē reprobat Petrus Hispanus in tra ctatu de suppositionibus.

¶ Suppo
sitio p̄ona
lis ē duplex

De cōpendiose ac q̄ breuissime harū

specierū suppositionū cognitio habeat/ alieq̄ regule hic annotantur.

¶ Suppositiōis discrete sunt due regule. ¶ Prima regula: cuiuslibet ppositionis singularis subiectū supponit discrete: vt socrates currit. iste homo currit. ¶ Secūda regula. Dis terminus singularis supponens: et ois terminus cōis sumptus cum pnoie demonstratiuo primitiue sp̄i vbiq̄q̄ ponat/ siue ante negatōem a pte subiecti: siue post negatōem a pte p̄dicati/ sp̄ supponit discrete/ vt iste hō non currit: asinus nō est iste homo. ¶ Naturalis suppositionis vna dūtaxat est regula. Termin⁹ cōis qui tenet illimitate p natura et irrestrictē supponit naturaliter/ vt cum dicitur hō per se. Et dicitur notanter p natura: et nō additur p natura vniuersali vel p̄ticulari/ q̄ terminus qui tenetur pro natura vli supponit simplr/ vt hō est sp̄s: et qui p natura p̄ticulari siue p suppositis supponit personaliter. Sed in suppositiōe naturalis accipitur terminus scdm exigentiā siue naturalis significatōis p oibus que sunt apta nata talem naturā cōem p̄ticipare. ¶ Regule suppositiōis simplicis sunt quattuor. ¶ Prima regula. Terminus cōis qui subicitur alicui scdm intentioni et non impedit p aliqd adiectum supponit simplr. vt homo est sp̄s. ¶ Secūda/ p̄dicatus cuiuslibet p̄pōis vli affirmatiue si sit terminus cōis cōiter tentus nō impeditus supponit simplr: vt ois hō est animal. ¶ Tercia regula. Terminus cōis nō impeditus supponens vel apponens verbo ipoztante actum appetendi ad aliqd conueniens supponit simplr: vt appeto vinum. ¶ Quarta regula. Terminus cōis supponens p suo significato primario sic q̄ nō supponit p suppositis principalr supponit simplr: vt hō est dignissima creaturā: hō supponit simpliciter.

¶ Determinate suppositionis sunt tres regule. ¶ Prima regula. Subiectum p̄pōis indefinite vel p̄ticularis: siue illa sit affirmatiua siue negatiua supponit determinate/ vt hō currit. homo nō currit/ quidam hō currit. quidam homo nō currit. ¶ Secūda regula. Cuiuslibet p̄pōis p̄ticularis vel indefinite affirmatiue totale predicatum si sit terminus cōis pōt supponere determinate. ¶ Tercia regula. Dis terminus cōis qui ponit post duo signa distributiua cadētis ad ip̄s inter que nullus terminus distribuibilis mediat: supponit determinate: vt nō nullus homo currit. ¶ Suppositiōis cōfuse dant nouem regule. ¶ Prima regla. Cuiuslibet p̄pōis vli siue affirmatiue siue negatiue subiectum supponit cō use/ vt ois hō est animal. nullus hō est animal.

¶ Secūda regula. Cuiuslibet p̄pōis vli negatiue p̄dicatū si sit ter-

minis cōis supponit confuse distributiue. vt nullus homo est lapis.

¶ Tertia regula. Omnis terminus cōis mediate vel immediate sequens negationē non impeditā in eadem compositiōe supponit confuse: vt Sortes non est videns hoīem.

¶ Quarta regula. Omnis terminus includens negationē facit terminū sequentē se supponere cōfufe distributiue.

¶ Quinta regula. Omnis terminus sequens immediate istas dictiones differt: aliud: diuersum: et cum eis constructus et non impeditus supponit confuse: eo q̄ tales dictiones includunt negationem.

¶ Sexta regula. Terminus cōis cui negatio infinitans addita fuerit supponit confuse distributiue: vnde bene sequit̄: lapis est non homo: ergo lapis non est iste homo: nec iste homo: et sic de alijs.

¶ Septima regula. Si categorumata per que fit comparatio: vel equalitatis vel excessus: terminū immediate se sequentem facit stare confuse distributiue: vt Sortes est ita fortis sicut aliquis homo.

¶ Sic homo supponit confuse distributiue. Nam exponit sic. Sortes est fortis: et aliquis homo est fortis. Et Sortes non est magis vel minus fortis aliquo homine.

¶ Exemplum secūdi. Leo est magis fortis q̄ homo: patet ergo q̄ hec est falsa. Leo est ita fortis sicut animal mundi: videlicet exponēdo.

¶ Octaua regula. Terminus sequens immediate comparatiuū aut superlatiuū et ab eo rectus supponit distributiue: vt Sortes est fortior asino. Leo est fortissimus animalū.

¶ Nona regula. Quicquid mobilitat̄ immobilitat̄: immobilitat̄ immobilitat̄: id est quicquid facit terminū non distributū teneri distributiue facit terminū distributum teneri non distributiue: vt non omnis homo currit.

¶ Corrolarie sequit̄. Hec propositiones sunt concedende: musca est ita fortis sicut omne animal: musca est fortior omni animal: eo q̄ animal supponit determinate.

De suppositione in alios.

¶ Suppositio est terminus stans pro se vel pro alio prout est pars propositionis. Et est triplex.

¶ Materialis: est terminus stans pro se vel pro alio sibi simili in voce vel in scripto eodem modo: vel aliter supponente: cui non imponit ad significandū: vel pro aliqua alia voce que non est inferior ad ipsum: nec ipsum proprie naturaliter significat.

¶ Vel suppositio materialis est: quā terminus stat pro materia sua: hoc est: pro litteris et syllabis: vt homo est nomen.

¶ Simplex: est terminus vocalis vel scriptus: prout est pars propositionis stans pro intentione anime. Cui non imponit ad significandū.

¶ Vel suppositio simplex est: quā terminus stat pro conceptu rei ad extra: vt homo est species.

¶ Personalis. Est terminus prout est pars propositionis stans pro illo cui

imponit ad scandū. Vel pro eo qđ naturaliter fcat: 7 nō est ipmmet
supponēs: nec aliqd sibi equiualens: nisi iponat ad ipmmet fcaudus
Vel suppositio psonalis est: qñ terminus stat vel supponit p re ad eē
vt hō est aial. ¶ Suppositio psonalis est triplex. ¶ Discreta/ Est
terminus discretus siue nomen ppriū qđ idem est. vel terminus cōis
sumptus cū pnoie demonstratio primitiuo stans p suo fcato vlti
mato. Vel suppositio discreta est: que fit p terminū discretū: vt iohes
est homo. ¶ Determinata. est terminus cōis. put est ps ppōis stās
p suo fcato vltimato: sub quo contingit descendere disiunctiue 7 cōdici
onatum in affirmatiuis: sed in negatiuis disiunctiue tm̄. Vel suppositio
determinata est. que fit p terminū cōem supponentē determinate.
vt hō est a. a. ¶ Confusa. Est suppositio termini cōis nō determinata
Vel est que fit p terminū cōem supponentē pfuse/ vt oīs hō est aial.
¶ Suppositio pfusa est duplex. ¶ Confusa tm̄ est terminus cōis exi
stens ps ppōis supponens p plurib⁹: sub quo contingit descendere
nec copulatiue/ nec disiunctiue/ sed disiunctiue cōdicionatim v^l copu
latim et condicionatim. Vel suppo confusa tm̄ est qñ terminus stat
p oibus suis suppositis disiunctim 7 copulativim. vt oīs hō est aial.
¶ Confusa distributiua/ est qñ terminus stat p oibus suis suppositis
copulatiue. ¶ Suppo distributiua est duplex. ¶ Mobilis: Est ter
min⁹ cōis. put est ps ppōis stans p plurib⁹ rōne alie⁹ sineatbegreu
matis ipm formalr vel equalenter pcedētis: sub qđ cōtingit descendere
vniformiter ad oīa ei⁹ singularia: aliquñ copulatiue 7 p dicionati: aliquñ
copulatiue tm̄. exm̄ primi: vt oīs hō est aial. exm̄ scđi: vt null⁹ hō ē aial.
¶ Immobilis est termin⁹ cōis. put est ps ppōis stās p plurib⁹: s̄
qđ ptingit descendere a sua singularia p copulatiua difformiter 7 non
vniformiter: nec cū singulis acceptis a pte eiusdē extremi: vt om̄is hō
p̄ter sortē currit. ¶ Suppōis materialis sunt due regule. ¶ Prima re
gula. Termin⁹ supponēs materialiter si capit cuz signo vli supponit
materialr distributiue/ vt oē hō ē nomē: si cū signo pticulari supponit
determinate. vt qđdā hō est nomē. vel etiā sine signo: vt hō est nomen
si cū pnoie demōstratio primitio suppoit discrete. vt illd hō ē nomē.
¶ Scda regula. nomē ppriū seqns verbū vtm̄ 7 ab eo/ rectū suppoit
materialr/ vt ego vocor michael: ego vocor petrus. ¶ Suppōis sim
plicis ponunt adhuc duodeci regule sp̄ales. ¶ Prima regula: oīa sub
iecta sciaz supponūt simplr: vt aia est subiectū in sc̄a de aīa argumē
tatio est subiectū in logica. ¶ Scda regula: Om̄e obiectū sensuū extre
mo: suppoit simplr: vt color est obiectū visus. ¶ Tercia regula: om̄e
diffinitū respectu diffinitōis sue suppoit simplr: vt hō est aial rōnale

¶ Quarta regula. Omnis propria passio respectu subiecti supponit simpliciter: vt homo est risibilis. ¶ Quinta regula: omnis terminus constructus cum verbis probereticis supponit simpliciter: vt promitto tibi denarium: licet alij volunt quod supponit confuse terminus. ¶ Sexta regula: omnis terminus significans genus generalissimum: vel subalternum siue determinat per signum velle siue non: supponit simpliciter/ exemplum primum: vt omne animal fuit in archa noe. etiam secundum animal est genus. ¶ Septima regula/ omnis terminus specificus non determinatus per signum velle ratione excessus importati per spatium aut suppletum a parte predicati positum supponit simpliciter: vt homo est fortissimus leonum. ¶ Octava regula. Omne diuisum supponit simpliciter/ vt animalium aliud rationale aliud irrationale. ¶ Nonna regula: quando terminus compositus sequitur totum copulatum de predicamento quoniam: vt hodie et heri audiui missam. ibi missas supponit simpliciter. ¶ Decima regula: quando terminus compositus sequitur totum copulatum de predicamento vbi: vt hic et rome venditur piper. supponit simpliciter. ¶ Undecima regula. Quando terminus compositus sequitur dictorem exceptiuam sicut exclusiuam supponit simpliciter: vt omne animal preter hominem est irrationale/ tamen homo est rationalis. ¶ Duodecima regula. Omne predicatum velle affirmatiue supponit simpliciter. vt omnis homo est animal: multi tamen logici aliter sentiunt de predicato. propositio velle affirmatiue. et de alijs terminis in quibusdam regulis iam positus/ vt postea patebit. ¶ Suppositio nis discrete due dantur regule. ¶ Prima regula. Terminus discretus in quacumque propositioe ponitur stans per suo fecato vltimato si supponit supponit discrete. vt socrates currit ille homo currit. ¶ Secunda regula. Terminus materialiter captus restrictus per phenomenon demonstratiuum ad standum per vno solo: supponit discrete et materialiter. vt hic lego est verbum dissillabum ¶ Suppositionis determinate dantur tres regule. ¶ Prima regula. Subiectus propositioe particularis vel indefinite supponit determinate: vt aliquis homo currit: homo currit. ¶ Secunda regula. Predicatum propositioe particularis vel indefinite: aut singularis affirmatiue si sit terminus communis semper supponit determinate: vt homo est animal: quidam homo est animal Socrates est homo. ¶ Tertia regula. Omnis terminus supponens materialiter captus cum signo particulari: vel sine signo supponit determinate et materialiter: vt quoddam lego est verbum: doceo est verbum. Quibusdam tamen placet: quod terminus materialiter captus solum supponit discrete. ¶ Suppositionis confuse distributiue sunt octo regule. ¶ Prima regula. Subiectum propositionis vniuersalis affirmatiue siue negatiue supponit confuse distributiue: vt omnis homo est animal: nullus homo est lapis. ¶ Secunda regula. Terminus communis sequens negationem negantem copulam propositioe: ita quod nullus

lum signum distributiū impediāt eam: supponit cōfufe distributiue
vt homo non est asinus. ¶ Tertia regula. In omni ppositione vni-
uersali negatiua tam subiectum q̄z predicatū supponit confufe distri-
butiue: vt nullus homo est animal. ¶ Quarta regula. Termin⁹ cō-
mūnis infinitatus per hanc negationē non infinitantē supponit con-
fufe distributiue: vt Sortes ē nō animal: nō homo currit. ¶ Quin-
ta regula. Mōia recta a cōparatiuis ⁊ suplatiuis gradibus sequentia
eos supponūt cōfufe distributiue: vt Sortes est fortior hoīe: Ioannes
est doctissimus hoīm. ¶ Sexta regula. Illi termini differūt: aliud:
non idem: diuersum: ⁊ cōsimiles faciūt terminos sequentes stare p̄fu-
se distributis: vt Sortes differt ab hoīe. ¶ Septima regula. Aduer-
bia similitudinis faciūt terminū sequentē stare cōfufe distributiue: vt
Sortes est ita fortis sicut homo. ¶ Octaua regula. Terminus sup-
quē cadit dictio exceptiua supponit confufe distributiue: vt omne aīal
p̄ter hoīem est irrationale: licet vt prius dictum est supponit simplr
¶ Suppositionis confufe tm̄ octo ponunt regule. ¶ Prima regula.
Predicatū ppositionis vniuersalis affirmatiue supponit confufe tm̄:
vt omnis homo est aīal. Scdm̄ alios vero simpliciter: vt patuit. ¶ Se-
cunda regula. Subiectū ppōis exclusiue supponit cōfufe tm̄: vt tm̄ ho-
mo est animal. Scdm̄ alios autē simpliciter. ¶ Tertia regula. Termi-
nus sequēs mediate signū vniuersale affirmatiuū cadens sup copulā
supponit cōfufe tm̄: vt omniem equū videns est homo. ¶ Quarta regu-
la. Cum duo signa distributiua cadunt super eundem terminū in p-
positiōe particulari vel indefinita: vel singulari: talis terminus suppo-
nit determinate. In ppositiōe vniuersali confufe tm̄: vt homo non est
omne animal. Sortes nō est omnis homo: nullus homo est omne aīal.
¶ Quinta regula. Terminus cōis sequens verbū actū anime inferio-
rem significans: in quē transit actus illius verbi supponit confufe tm̄:
vt cognosco venientē. Sortes appetit vinū. ¶ Sexta regula. Termi-
nus cōis sequens aduerbia numeralia mediante verbo in eadē ppo-
sitione: ⁊ rectus a tali verbo transitiuē a parte post supponit confufe
tm̄: vt bis bibi vinū. ¶ Septima regula. Terminus cōis sequens co-
pulatū de p̄dicamento vbi vel q̄n supponit: confufe tm̄: vt Parisius ⁊
Rhōme vendit panis: hodie ⁊ heri audiui missam. Alij tm̄ dicunt ta-
les terminos supponere simpliciter: vt supra habitū est. ¶ Octaua re-
gula. Signū reduplicatiuū facit terminū cōmūnē ipsum immediate
sequentem stare confufe tm̄ mobiliter: ⁊ suū predicatus confufe tm̄ im-
mobiliter: vt homo inq̄ntū rationale est animal. Signa autē redupli-
catina sunt inq̄ntum prout: scdm̄ q̄

¶ **Logicale** est: cuius totus esse est ad aliud se habere.
vt pater filius: dñs seruus.

¶ **Relatiuū**
est duplex.

¶ **Grammaticale** ē añ la
te rei recor
datiuū: z ē
duplex.

¶ **Relatiuū substantie**: est qđ refert ean
dem rē in numero cū suo antecedēte:
vt **Sortes** currit qui mouetur.

¶ **Relatiuū antecedētis**: est: qđ refert ean
dem rē in spē: vt refert suū antecedens p
modū denotiatiōis: vt tale: quale.

¶ **Diuersitatis**: z est illud: qđ refert eandē rē in nume
ro: z supponit p alia: vt **Sortes** currit z alii disputat

¶ **Moia**: z sunt illa que significāt p mo
dū habit^o z q̄tis z determinate app
hensionis: vt qui: que: quod.

¶ **Pronoia**: que significāt per modū in
determinate apprehensionis: z hoc cū
p se ponunt: cū vero ponunt in demō
stratiōe z relatiōe sunt magis determi
nata q̄ sua antecedentia.

¶ **Relatiuū**
substantie
est duplex.

¶ **Identitatis**
ē qđ refert z
suppōit p
eodē in nu
mero p q̄
suppōit su
um añs: vt

Sortes currit q̄ mouet: z relatiuorū idētitatis qđā sunt

¶ **Relatiuū substantie pnoiale** est duplex. ¶ **Reciprocuū**: Est quod
substantiā agentē refert per modum patientis: vt **Plato** verberat se.
¶ **Relatiua reciproca** sunt illa: que denotant reflexionē seu tendentiā
actus vel passiōis in illum a quo egredit: vel in rem possessam ab eo:
vt **suū**: **sibi**: **se**: **a se**. ¶ **Non reciprocuū**: Est quod non designat talem re
flexionem. Nec potest capi n eadem cathgorica cum sua anteceden
te: vt **Sortes** currit. z **Petrus** vidit illum.

¶ **Relatiuū accidentis** est
quod refert eandem rem per modum denominationis: Et est duplex
¶ **Identitatis**: est quod refert eandem qualitātē in specie z supponit pro
eandem in specie: vt **Sortes** est **albus**: z talis est **Plato**. ¶ **Diuersitatis**: est
quod refert eandem qualitātē in specie: sed supponit p alia diuersa in
specie: vt **Sortes** est **albus**: z alteriusmodi est **Plato**.

¶ **Relatiuorū**
accidentiuū. ¶ **Quedam** sunt relatiua q̄litas: vt talis: qualis. ¶ **Que**
dam q̄ntitatis continue: vt tantus q̄ntus. ¶ **Quedam** sunt q̄ntitatis
discrete: vt tot quot.

¶ **Relatio** est ante late rei recordatio. Et est du
plex. ¶ **Simplex** est in qua antecedens z relatiuū non supponit pro
eandem re in numero: sed bene in specie: vt **mulier** saluauit que **damna**
uit. ¶ **Personalis**: est in qua antecedens z relatiuū supponit pro ea
dem re in numero: vt **Sortes** currit qui mouetur. ¶ **Pro supposito**
ne relatiuorū notande sunt septem regule. ¶ **Prima**. Quotienscunq̄

relatiuū reciproā refert terminū discretus: habet eandē suppositionē
 cum suo antecedēte: vt Sortes diligit se. ¶ **Secūda.** Relatiua substan-
 tie identitatis nō reciproca eodem modo supponūt sicut sua acciden-
 tia: vt Sortes currit ⁊ ille mouet. ¶ **Tertia.** Quando relatiuū recipro-
 cū refert terminū eōdem nō vniuersaliter sumptū: habet eandē supposi-
 tionē cū suo antecedente: vt homo vidit se. ¶ **Quarta.** Quando relati-
 uum reciproā refert terminū eōdem vniuersaliter sumptum: supponit
 p quolibet supposito sui antecedentis sigillatim ⁊ diuisim: ⁊ nō piun-
 ctim: vt omīs hō videt se. ¶ **Quinta.** Relatiuū substantie diuersitatis
 supponit p alia re i numero cū suo antecedēte: vt Sortes currit ⁊ ali-
 us mouet. ¶ **Sexta.** Relatiuū accidentis identitatis supponit p ea-
 dem dispositiōe vel pro eadē in specie cū suo antecedēte: vt Sortes est
 albus: qualis est Plato. ¶ **Septima.** Relatiuū accidentis diuersitatis
 supponit p diuersa dispositiōe cum suo antecedente: vt Sortes est al-
 bus: ⁊ alteriusmodi est Plato.

De Descensu logicali.

¶ Descensus logcalis est duplex. ¶ **Diuisiuus:** est pcessus a genere
 generalissimo alicui⁹ pōicamēti ad spām specialissimā eiusdē generis
 cū differētis oppositis: vt substantiarū alia corporea: alia incorporea:
 corporeā aliud animatū: aliud inanimatū. Corporeū aīatoꝝ: aliud sen-
 sitiuū: aliud insensitiuū. Et de isto descensu habet apud Porphirium
 cū dicit: descēdēdo a generalissimis ad specialissima iubet Plato qui
 scere. ¶ **Argutiuus:** est pntia formalis in qua arguit ab aliquo ter-
 mino nō cō ter supponēte ad eius inferiora virtute suppositiōis: cete-
 ris terminis tā cathegrematicis q̄s sincathegrematicis manentib⁹
 in variatis. Et est quadruplex. ¶ **Copulatiuus:** est qñ descēdēdo sub
 aliquo termino cōiūferē vna ppō ipotetica copulatiua composita
 ex oībus singularib⁹ illius ppōis rōe termini sub quo descendit for-
 maliter vel virtualiter: vt oīs hō currit: ergo iste hō si sit currit. Et iste
 homo si sit currit. ¶ **Disiunctiuus:** qñ in descēdēdo sub aliquo termi-
 no cōi subinferē vna ppō ipotetica disiunctiua cōposita ex oīb⁹ sin-
 gularibus illius ppōis ratiōe termini sub quo descendit formaliter
 vel virtualiter: vt homo est animal: sub hoīe descēdit: ergo iste homo
 si sit est animal: vel iste homo si sit est animal: ⁊ ceteris. ¶ **Copulat⁹:** Est
 qñ descendendo sub aliquo termino cōiūferē vna ppō cathegorica
 de copulato extremo: cōposita ex oībus singularibus illius ppōiti-
 onis ratiōe termini sub quo descendit formaliter vel virtualiter: vt
 omēs apostoli dei sunt duodecim: ergo isti apostoli dei: ⁊ isti apostoli

dei si sunt: & ceteris similiter sumptis sunt duodecim. ¶ **Disiunctus:** est qñ in descendendo sub aliquo termino cõi subinfert̃ vna ppõ cathetogorica de disiuncto extremo: cõposita ex omib⁹ singularibus illius p positionis ratiõẽ termini sub quo descendit formaliter vel virtualiter: vt ois hõ est animal: ergo ois homo est hoc animal: vel hoc animal si sit. &c.

Materialis: Est qñ sub aliquo termino descendit sic: q nō sub quolibet termino eodẽ mō supponente p̃sili mili descẽsu descendere est possibile: & sic descensus copulatus est materialis suppositioni determinate.

Formalis:
est qñ sub
aliq̃ termi
no sic de
scẽdit: q̃ s̃
q̃libet ter
mō eodẽ
mō suppo
nẽre cõsili
descẽsu de
scẽdere est
possibile: &
est duplex.

**Descensus
adiuicẽ: &
est duplex.**

¶ **Proprius:** Est qñ descendentes cõuertunt cū descẽsa: sic q a descensa ad descẽdentes est bona p̃ntia: & econuerso: & sic descẽsus copulatiu⁹ est formalis: & p̃prius suppositiõĩ cõfuse distributiue: q̃a bene sequit̃: ois hõ currit: q̃ iste hõ si sit currit: & ceteri: ergo ois hõ currit. Sicut descẽsus disiunctiu⁹ est formalis: & p̃pri⁹ suppositiõĩ determinate.

¶ **Improprius:** Est qñ descendentes nō cõuertunt cū descẽsa: sic q a descensa ad descẽdentes est bona p̃ntia: sed nō econuerso. Et sic descensus disiunctiu⁹ est formalis impropri⁹ suppositiõĩ cõfuse distributiue sed nō p̃prius: licet em̃ bene sequit̃: omis hõ currit: & iste hõ si sit currit: ṽl iste hõ si sit currit & econuerso tamen non valet.

Regule descensuũ ad modum vtiles.

¶ **Prima regula:** sub termino supponente discretẽ nō fit descẽsus formalis. ¶ **Secõda regula:** in descendendo sub aliquo termino in affirmatiuis debet sumi p̃stantia: aut antiquum mediũ: aut illa clausula si sit variata s̃m exigentiã copule: vel termini ampliantis. put nō solũ importat conditionẽ sed cõstantiã singulariã p quibus termin⁹ supponit̃: sed in negatiuis nō oportet. ¶ **Tertia regula:** in descendendo sub aliquo termino debet sumi singularia vaga: vel termini cões sumpti cum p̃noib⁹ demõstratiuis primitiuis: & nō determinata. ¶ **Quarta regula:** sub terminis non supponentibus nō potest fieri descensus: vti ista: Chymera currit: sub Chymera non potest fieri descensus.

¶ Quinta regula/ descendendo sub aliquo termino aut termini feci
positi in ppōe non debent stare p pluribus indescendentibus q̄ in
descensu. ⁊ ergo ille descensus nō valet: om̄e animal qd̄ non est hō est ir-
rationale: ergo omne animal qd̄ nō est iste homo est irrōnale/ ⁊ omne
animal qd̄ non est iste homo est irrōnale. ⁊ sic de singulis: qz descēdē-
tes sunt falsę ⁊ descēsa vera. s̄ debet sic formari. omne animal qd̄ nō
est homo/ ⁊ iste homo est irrōnale. ⁊ omne animal qd̄ nō est hō. ⁊ iste ē hō
est irrōnale. ⁊ sic de singulis. **¶** Sexta regula: s̄ termino stante distribu-
tione pfecte debet descendi copulatiue: vt oīs hō est animal. ergo iste
homo si sit est animal. ⁊ iste homo si sit est animal. ⁊ sic de singulis.

¶ Septima regula. Sub termino stante distributiue impfecte debet
descendi mixtim scz partim copulatiue/ ⁊ partim disiunctim/ vt non
bis bibi vinum. Sub vinum sic descendit. igitur non bis bibi hoc vi-
num vel hoc vinū. ⁊ sic de singulis. qz sicut descēsa est falsa. ita q̄libet
descendentū. **¶** Octaua regula/ Descendendo sub termino stante di-
stributiue: quē pcedit terminus stans determinate: tal termin⁹ stans
determinate in descendentibus debet restringi p relatiuū identitatis
ideo nō sequit̄ homo nō est animal. ergo hō non est hoc animal. ⁊ homo
nō hoc animal. ⁊ sic de singulis: qz descēdētes sunt vere. ⁊ descēsa fal-
sa. Sed debet sic descendi iuxta regulā. igitur hō non est hoc animal/
⁊ idem homo non est hoc animal. ⁊ sic de singulis. **¶** Nona regula.

Descendendo sub termino stante confuse distributiue quem sequitur
terminus stans cōfuse tm̄. ⁊ terminum sic stantē pfuse tm̄ sequitur ter-
minus stans cōfuse distributiue. Tunc terminus qui stabat confuse
tm̄ in descensu etiā debet stare pfuse tm̄ indescendentibus. Et ergo non
sequitur. omni tpe risibile est omnis homo. igitur illo tpe si sit risibile
est omnis homo. ⁊ illo tpe si sit risibile est oīs hō. ⁊ sic de singulis: Quia
descēsa vera vt cōiter concedit ⁊ descēdentes falsę. Sed debet sic de-
scēdi. igit̄ illo tpe si sit oīs homo est risibile. ⁊ illo tpe si sit oīs hō est risi-
bile. ⁊ sic de singulis. **¶** Decima regula. Sub termino stante confuse
distributiue immobiliter debet descendi copulatiue diffō: miter: vt s̄
ista termino hō in illa/ oīs hō preter socratē currit. descēditur sic/ s̄
tes non currit/ ⁊ ille homo si sit ali⁹ a socrate currit. ⁊ ille hō si sit alius
a socrate currit. ⁊ sic de singulis. **¶** Undecima regula. Descendendo
s̄ termino distributo p sp̄ibus vel generibus singulorū. debēt sumi
ppōnes quarū subiecta sunt termini cōes supponentes p talib⁹ spe-
ciebus p quibus genus distribuitur/ vt hic: om̄e animal fuit in archa
Noe. Sic descendit sub animal qm̄ talis concedit. ergo homo fuit in
archa noe/ ⁊ bos fuit in archa noe. ⁊ sic de singulis speciebus.

¶ **Duodecima regula.** Descendendo sub termino stante distributiue distributione singillata: tunc in descensu singula debet reddi singulis: ita q̄ tam a parte p̄dicati q̄ subiecti fiat descensus: vt ois homo videt se. Sub subiecto debet sic descendit: igit̄ ille homo videt illum hoīem: z ille hō videt illum hoīem: z sic de singulis semp demonstrando idem tam a parte subiecti q̄ a parte p̄dicati: z nō debet sic descendit igit̄ ois hō videt illum hoīem si sit: z om̄is homo videt illū hoīem si sit: z sic de singulis. ¶ **Tredecima regula.** Quandoquēq̄ in antecedente alicuius consequētie distribuit aliquis terminus: tūc descendendo sub tali termino: p̄ns nō debet inferri donec totus descensus cōpleat̄ in antecedēte: ergo nō sequit̄: si om̄is homo currit: om̄is homo mouet̄: ergo si ille homo currit: om̄is homo mouet̄: z si ille homo currit: z si ille hō currit: om̄is homo mouet̄. Sed debet sic descendit: ergo ille hō si sit currit: z ille homo si sit currit: z sic de singulis igit̄ om̄is homo mouet̄. Verū nonnulli dicunt: q̄ sub termino in p̄positiōe ipothetica positi non fit descensus: s̄ solum in cathegorica. ¶ **Quartadecima regula.** Sub quo libet termino stante confuse: tm̄ debet descendit disiunctim: exceptis duobus casibus. ¶ **Duo sunt casus in quibus regula non habet veritatem.** ¶ **Primus casus.** Est q̄n descendit sub termino stante confuse tm̄ ratiōe illius signi: om̄is capti collectiue: quia sub tali termino debet descendit copulatiue: vt sub apostoli dei in illa. Om̄es apostoli dei sunt duodecim: sic descendit: ergo isti apostoli dei si sunt: z isti apostoli dei si sunt: z sic de alijs simul sumptis sunt duodecim. ¶ **Secundus casus:** Est q̄n descendit sub termino stante confuse tm̄ ratiōe isti signi exclusiui tm̄ gratia pluralitatis accepti: vt sub predicato illius tm̄ duodecim sunt apostoli dei sic descendit: igitur tm̄ duodecim sunt isti apostoli dei. z isti apostoli: z sic de singul̄ simul sumptis: z hoc modo etiam descenditur sub exclusiua in illa: tm̄ quinque sunt vniuersalia. ¶ **Quintadecima regula.** Sub termino cōmuni stante confuse ratio: ne duorum sine cathegreumata: quorū vnum in descendendo aufertur Tunc disiunctum ex terminis singularibus debet p̄poni alteri sine cathegreumatico z non postponi: vt sub hoīe in illa: quilibet hō differt ab omni hoīe. Sic descendit. igit̄ quilibet homo ab isto hoīe si sit: vel ab isto hoīe si sit: z sic de singulis differt: z nō sic: igitur quilibet homo differt ab isto hoīe si sit: z ab isto hoīe si sit: z sic de singulis. ¶ **Sextadecima regula.** Sub quolibet termino cōmuni qui est descensus in propria forma: non debet descendit: vt sub disiuncto a parte p̄dicati in illa: om̄is homo est hoc animal si sit: vel hoc animal si sit: z sic de singulis: quia est descensus illius: om̄is homo est animal. ¶ **Decimase**

ptima regula. Sub quolibet termino supponente determinate habente actu plura supposita contingit descendere disiunctiue: vt sub p̄dicato
ultius: nō tm̄ animal est hō: sic descendit: igit̄ nō tm̄ animal est iste hō: vel nō
tm̄ animal est iste hō: et sic de singulis. ¶ Decima octaua. Descendendo
sub termino infinitato p̄ negationē: cauendū est ne ibi ascensus comitatur
iuxta regulā. Termin⁹ finitus de q̄nto est singularior: si infinitatus
fuerit de tanto erit cōior. Et termin⁹ finitus de q̄nto est cōior: et si
infinitat⁹ fuerit de tanto erit singularior. Corrolarie sequit̄: sub homo
in illa: nō hō est animal: nō debet sic descendit: igit̄ nō iste hō est animal: et nō
iste hō est animal: et sic de singulis: q̄a iam incidet̄ in dictā regulā. Sed
debet sic descendit. Ergo nō hō et nō iste hō est animal: et nō hō et non ho-
mo iste est animal: et sic de singulis. ¶ Decima nona regula. Sub relati-
uo gr̄amaticali substantie identitatis antecedens debet resumit̄ cū ip̄o
relatiuo in descendit̄: vt animal est Socrates: et asinus est illud. Sub
illud sic descendit: igit̄ asinus est id animal quod est Socrates: vel asin⁹ est
illud animal quod est Socrates. et sic de singulis. ¶ Descendit̄ in p̄p̄ōe
¶ Singulari affirmatiua et negatiua nō fit descensus: neq̄ sub subie-
cto: neq̄ sub predicato. Si tam subiectū q̄ p̄dicatū fuerit termin⁹ sin-
gularis. Si autē p̄dicatū fuerit terminus cōisistit̄ sub p̄dicato tm̄ fit
descensus. Exemplū de affirmatiua. Ioannes est homo. Sub p̄dicato
hō descendit̄ disiunctiue et cōditionatim: vt Ioannes est iste homo si
sit: vel Ioannes est iste homo si sit: et sic de singulis. Exemplū de nega-
tiua: vt Petrus nō est asinus: sub predicato descendit̄ copulatiue tm̄:
vt Petrus nō est iste asinus: et Petrus nō est iste asinus: et sic de singu-
lis. ¶ Vniuersali affirmatiua sub subiecto: copulatiue et conditiona-
tim: vt om̄is homo est animal. sub hō sic descendit̄: ergo iste hō si sit est
anima: et iste hō si sit est animal: et sic de singulis. Sub p̄dicato vero disjunc-
ctiue et cōditionatim: vt om̄is hō est hoc animal: vel hoc animal si sit. Et sic
de singulis. ¶ Vniuersali negatiua tam sub subiecto q̄ p̄dicato descē-
ditur copulatiue tm̄: vt nullus hō est asin⁹. Sub subiecto sic: ergo iste
homo nō est asin⁹: et iste homo nō est asinus: et sic de singulis. Sub p̄-
dicato sic: ergo nullus hō est iste asinus: et nullus homo est iste asinus:
et sic de singulis. ¶ Descendit̄ in p̄p̄ōe particulari affirmatiua
Sub subiecto descendit̄ disiunctiue et conditionatim: vt quidā hō est
animal: ergo iste homo si sit est animal: vel iste hō si sit est animal. Et sic de
singulis. Sub predicato similiter: ergo quidam homo est hoc animal
si sit: vel quidā homo est hoc animal si sit: et sic de singulis. ¶ Parti-
culari negatiua. Sub subiecto disiunctiue tm̄: vt quidam homo non
est animal: ergo iste homo nō est animal: vel iste homo nō est animal: et

sic de singulis. Sub predicato vero copulatiue tm restringendo: strin-
 gendo terminu supponete determinate in descendebus p signu iden-
 titatis: vt dictu est in regula octaua. Exempla huius. Quidā hō nō est
 anial: sic descendit sub pdicato: Ergo quidā homo nō est hoc anial: z
 idē homo nō est hoc anial: z sic de singulis. ¶ Indefinita affirma-
 tiua. Sub subiecto descendit disunctiue z cōditionatim: vt hō est anial
 q̄ iste hō si sit est anial. Vel iste hō si sit est anial: z sic de singulis. Sub pdi-
 cato similiter: ergo homo est hoc anial si sit: vt hō ē h anial si sit: z sic de
 singulis. ¶ Indefinita negatiua. Sub subiecto descendit disuncti-
 ue tm: vt hō nō est asinus: ergo iste hō nō est asinus: vel iste hō non est
 asinus. Et sic de singulis. Sub pdicato copulatiue tm restringendo in
 descendētib⁹ terminu determinate supponentē p relatiuū identitatis:
 vt homo nō est iste asin⁹: z idem homo nō est iste asinus. Et sic de sin-
 gulis. ¶ Exclūsua i qua signū exclusiuū tenet gratia alietatis. Sub
 subiecto disunctim z cōditionatim: vt tm homo est anial: ergo tm iste
 homo si sit: vel iste hō si sit: z sic de singulis est anial. Sub pdicato co-
 pulatiue z conditionatim: vt tm homo est hoc anial si sit: z tm homo
 est hoc anial si sit: z sic de singulis. ¶ Exclūsua in q̄ signū exclusiuū
 tenet gratia pluralitatis. Sub subiecto descendit disunctiue z cōditi-
 onatim: vt tm quinqz sunt vniuersalia: ergo tm ista quinqz si sunt vni-
 uersalia: vel tm ista qnqz si sunt: sunt vniuersalia: z sic de singulis. Sub
 pdicato copulatiu z cōditionatim: vt tm quinqz sunt ista vniuersalia
 z ista vniuersalia si sunt: z sic de singulis simul sumpta.

Sequitur de ampliacione.

¶ Vno modo in prima impositione: z sic valet tantū
 sicut dilatatio rei: z sic non capitur hic: q̄uis amplia-
 tio logicalis dicatur ad similitudinem ampliacionis
 realis.

¶ Amplia-
 tio capit
 dupliciter.

¶ Aliomō i scda im-
 positioe: p dilatati-
 one termini rōe sue
 fecatiōis: z capit dy-
 pliciter.

¶ Vnomō pprie: z ē suppo-
 sitio termini p suo significa-
 to: vel suis significatis diuer-
 sorū tpm idifferēter: z sic dici-
 tur ampla suppositio: z isto
 modo solum conueni ttermi-
 nis habentibus correspon-
 dentiam in ordine ad diuer-
 sas differentias temporum:
 vt homo fuit: homo erit.

¶ ij

¶ Alio modo capitur communiter: pro ampla acceptione termini: cuius diffinitio patet inferius cum suis regulis. ¶ Ampliatio est extensio termini communis a minori suppositione ad maiorem. Vel est suppositio termini pro supposito vel significatis in ordine ad plures differentias temporum indifferenter: ut homo potest esse antichristus. Et eius sunt octo regule. ¶ Prima regula. Terminus positus a parte subiecti respectu verbi vel participij presenti temporis ampliatur ad supponendum pro eo quod est: vel fuit: ut puer fuit senex: viuus est mortuus. ¶ Secunda regula. Terminus positus a parte subiecti respectu verbi vel participij futuri temporis: ampliatur ad supponendum pro eo quod est vel erit: ut puer erit senex: antichristus est generandus. ¶ Tertia regula. Subiectum propositionis modalis in sensu diuiso: ampliatur ad supponendum pro eo quod est: vel potest esse: ut creans necessario est deus: sedentem possibile est ambulare. ¶ Quarta regula. Terminus constructus cum verbis vel participijs actus anime interioris significatibus: ampliatur ad supponendum pro eo quod est: vel fuit: vel potest esse: vel potest imaginari esse: ut rosa intelligitur. ¶ Quinta regula. Terminus positus a parte ante respectu nominum terminatorum in bilis: bile: vel in tiuus: in tor: vel in trit: ampliatur pro eo quod est: vel potest esse: seu aptum natus est esse: ut homo est risibilis: monachus est lector. Talia enim non significant actum quia tunc false essent propositiones iste: sed significant aptitudinem: ideo ibi fit ampliatio. ¶ Sexta regula. Terminus supponens respectu huius verbi incipit: ampliatur ad supponendum pro eo quod est: vel immediate post hoc erit: et omnis terminus qui supponit respectu huius verbi definit: ampliatur pro eo quod est: vel immediata ante hoc fuit: ut homo incipit esse albus: homo definit esse albus. ¶ Septima regula. Terminus captus a parte ante respectu huius termini prius vel prior: ampliatur pro illo quod est vel fuit. Terminus autem sequens: pro eo quod est vel erit: ut Adam est prior antichristo. ¶ Octaua regula. Terminus captus a parte ante respectu huius dictiois posterioris ampliatur ad supponendum pro eo quod est: vel erit. Terminus autem sequens pro eo quod est: vel fuit: ut antichristus est posterior Adam

De Restrictione.

¶ Restrictio: est coartatio termini communis a maiori suppositione ad minorem: ut albus homo currit. Homo restringitur per hoc adiectiuum albus ad standum pro albis tantum: et ponuntur eius hic nouem regule.

¶ Prima regula. Nomen adiectiuū additū substantiuo: habet ipsum restringere ad standum p̄ illis significatis p̄ quibus pōt eis competere/vt albus homo currit. Et ḡnāl̄ notādum: quicūq; min⁹ cōe reditur magis cōi/restringit magis cōe siue hoc fuerit in essentialibus/ siue in accidentalibus/vt animal homo: albus homo. ¶ Secūda reglā Signū v̄le adueniens termino restricto nō distribuit ip̄m: nisi p̄ cōtātis sub restrictōe: vt ois hō albus currit: hō distribuit̄ pro albis tm̄. ¶ Tercia regula. Predicata habent restringere subiecta ad standum pro illis pro quibus possunt sibi cōpetere: vt homo est albus. Nō solum verificatur de viris ⁊ non femellis. ¶ Quarta regula. Nis implicatio immediate adiuncta termino constringit ip̄m sicut ip̄m suū adiectiuū: vt homo qui est albus currit: Nō implicatio est cōplexum ex relatiōe qui: que: vel qd̄. ⁊ adiectiuo illi addito. ¶ Quinta regula. Aduerbiū restringit verbū scōm exigentiā ip̄ius aduerbiij. vt hō currit velociter. currit restringit̄ p̄ currentibus velociter. verbū etiam restringitur p̄ casum rectus ab eo a pte post: vt hō bibit vinum: bibit restringitur p̄ bibentibus vinū. ¶ Sexta regula. Pronomē demonstratiuū primitiuū restringit terminus cui addit̄ p̄ eo qd̄ demonstrat/ vt iste homo currit. Item obliuus rectus ab alio casu restringit euz p̄ illis p̄ quibus sibi cōpetere pōt. vt Cappa sortis est nigra/ cappa restringitur ad standū p̄ cappa socratis precise. ¶ Septima regula. Copula p̄ntis t̄pis restringit subiectū ⁊ p̄dicatum p̄ illis qui sunt/ vt hō currit. ¶ Octaua regula. Copula p̄teriti t̄pis restringit terminum cōem supponentē vel apponentē p̄ illis que sunt vel fuerūt: vt hō fuit animal. ¶ Nonā regula. Terminus cōis supponens vel apponens v̄bo de futuro: supponit p̄ his q̄ sunt vel erūt in futuro: vt hō erit al.

Sequitur de Appellatione.

¶ Appellatio. Est acceptio termini p̄ re existente: Et ip̄ius ponuntur hic quattuor regule. ¶ Prima regula. Terminus appellatiuus a parte predicati positus: seu post verbum appellat formam suam per modum adiacentis rei pro qua supponit. Et hoc precise pro tēpore verbi cuiuscūq; temporis fuerit. vt petrus fuit albus. Albus hic appellat formam suam adiacere petro solum pro p̄terito. ¶ Secūda regula. Terminus appellatiuus positus a parte subiecti respectu verbi presentis temporis vbi predicatum non sit ampliatiuus: appellat precise pro tempore presenti/ vt album est sortis. ¶ Tercia regula. Termin⁹ appellatiuus positus a parte subiecti respectu vbi p̄teriti vel futuri temporis/ appellat suum formale adiacere vel non adiacere pro tem

poze verbi s̄b distinctōe ad p̄ns. vt albū fuit hō: valet enī tm̄ qđ est vel fuit albū fuit hō. ¶ Quarta regula. Des termini seq̄ntes v̄ba q̄ signi-
ficant actus anie interiores p̄structi cū eis tanq̄ terminātes trāsitus
eor̄: appellant rationes eor̄ scđm quas signant ea que sc̄at. Si vero
p̄cedant illi termini nō sic appellant illas rōnes. vt cognosco socrates
socrates appellat suam formam. i. significat qđ p̄gnosco socratem s̄bie
ctum qua est socrates.

Ap-
pella-
tio ē
dup-
lex.

Forme est
sc̄atio for-
malis sc̄a-
ti ip̄i ter-
mini adia-
cēt̄ v̄l mō
adiacēt̄is
suo deter-
miabili p̄
aliq̄ diffe-
rētia t̄pis
vt hō est
alb⁹: z est
duplex.

Simplex est vbi formale vnius denotatur
in esse. vel adiacere vel non adiacere materia
li alterius: vt hō est albus: vbi nūc accidens
tantū denotat in esse homini.

Varia: qñ formale vnius denotat in esse v̄l
nō in esse alterius: vt iohes est albus monas-
ch⁹: vbi duplex acc̄tis denotat in esse iohāni
Rationis. Est acceptio termini p̄ suo sc̄ato
vel sc̄atis scđm i lā rōem scđm quam talis
terminus sc̄at: vt ego cognosco venientem/
que tantū valet: ego cognosco venientē sub
rōne venientis: z rō quare aliquis veniens
est: qz cōtinue appropinquat vel accedit. vñ
ad veritatē istius: cognosco venientē. requi-
ritur qđ habeā conceptū quare aliquis dicit̄
veniens / z est propter hoc quia cōtinue ac-
cedit: Est ergo regula. ḡn̄alis: qđ actūs seq̄ns
verbum qđ sc̄at actum aie interiorē cogno-
scitium: appelat suam rationem: vt cogno-
sco venientem. sed actūs precedens non ap-
pellat suam rōnem: vt venientem cognosco.

Arte sexta z vltima: nōnulli
regule consequentiarū ex di-
uersis autorib⁹ receptis in
vñū redigunt: vt faciliore adolefcētes viā disputādi

habeant: vt tamen res ip̄a facilius cognitōne sese offerat. Sciendum.
¶ Consequētia cap̄it̄ dupl̄r. ¶ Cōcretiue: put̄ idem est: qđ oīo p̄sequē-
tialis cōposita ex antecedente z p̄sequēte. Et diffinit̄ a quibusdam sic.
Cōsequētia est oīo p̄posita ex antecedēte z p̄sequēte: cū nota illationis

illatiue tenta. ¶ Abstractiue. Ut dicitur habitudinē q̄ est inter antecedēs
 ⁊ p̄ns. Et diffinit sic. Cōsequētia est habitudo cōsequētis ad antecedēs

¶ Cōsequētia adhuc capit dupl̄r. ¶ Cōiter. put se extēdit ad bo-
 nam ⁊ malā p̄nam. Et diffinit sic. Est oīo continens ppōnes ⁊ deno-
 tans sequelā vnius eaz ad alterā: hoc mō malā p̄na q̄ est oīo ad mo-
 dum p̄ne bone formate d̄r p̄na: ⁊ ita capim⁹ cū aliqua malā p̄na posi-
 ta fuerit: ⁊ dicimus: nego p̄nam. ¶ Proprie vt sola p̄na bona d̄r p̄na
 ⁊ diffinit sic. Cōsequētia est oīo habens antecedens ⁊ p̄ns ⁊ notam
 illationis consequentis ex antecedente tanq̄ partes principales sui.

¶ Cōsequētia est duplex. ¶ Bona. Est in qua oppositū cōsequē-
 tis repugnat antecedenti: vt equus currit: ergo animal currit. ¶ Mala
 est in qua oppositū p̄ntis non repugnat antecedenti sed stat cū eo in
 veritate: vt tu es hō: ergo tu es p̄sul. ¶ Cōsequētia bona est du-
 plex. ¶ Formalis: Est cōtra quā simili forma retenta nō dat instantia
 vt est oīs p̄na silogistica siue fuerit silogismus cathegoricus siue ipo-
 teticus. ¶ Materialis: Est contra quā sili forma retēta est talibus in-
 stantia: vt est p̄na a puertibili ad cōuertibile: ab inferiori ad sup̄i⁹ ⁊c.
 ¶ Quid sit antecedens/ Est propositio ex qua mediante nota illatōis
 infertur consequens/ vel quod in bona p̄na alterū antecedit. ¶ Con-
 sequens. Est ppō que mediante nota illationis ex antecedente infert̄
 vt homo currit: ergo animal currit: homo currit: vocatur antecedēs
 animal currit consequens. Nota illationis. Est coniunctio vel aduer-
 bium denotans sequelam vnius ppōis ex alia.

Prima regula. Quicquid sequit̄ ad p̄sequens: sequit̄ ad
 antecedens in omni p̄na bona ⁊ formali
 hoc est: quecūq̄ ppō sequitur ad ppōem aliquam que est cōsequēs
 alicuius bone p̄ne ⁊ formalis: illa etiam sequitur ad antecedens eius-
 dem p̄ne: vt homo currit: ergo animal currit: ad hoc sequens: animal
 currit: sequitur ista substantia currit: vt animal currit: ergo substantia
 currit. ⁊ per p̄ns hec ppō substantia currit: etiam sequit̄ ad antecedēs
 homo currit: vt homo currit/ ergo substantia currit. Cōsequens
 est duplex. ¶ Superioritatis. Est terminus sequens ad alium ⁊ plus
 fcans q̄ terminus ad quem sequit̄: vt animal respectu istius termi-
 ni equus. ¶ Cōuertibilitatis. Est termin⁹ sequens ad aliū ⁊ puertibil̄
 cum eodem: vt ens ⁊ aliquid. Si ergo regula intelligitur de consequē-
 te conuertibilitatis vel superioritatis indifferenter regula vniuersali-
 ter est vera. Si aut̄ intelligatur de consequente superioritatis tantum
 tunc regula est intelligenda cum conditione si fuerit aliquod p̄sequēs
 ad consequens illius consequentie.

Secunda regula. In omni p̄na bona et formali. Quicquid
h̄c p̄na est bona: homo currit: ergo animal currit: et hoc āns h̄o cur-
rit: p̄t antecedere h̄c p̄p̄o: fortes currit: vt bene sequitur fortes cur-
rit: ergo homo currit. S̄l̄r eadem p̄p̄o p̄t antecedere hoc p̄ns animal
currit: quia bene sequit: fortes currit: ergo animal currit. Āns est du-
plex. ¶ Illationis: d̄r omnis p̄positio potens inferre quēadmodum
eadem p̄positio et ad se ip̄am et ad suam conuertibilē est antecedens:
¶ Inferioritatis siue subiectōis. Est p̄p̄o ex terminis min⁹ cōioribus
q̄z alia constituta / et sic ista: homo est antecedit illā animal est. Si itaqz
regula intelligitur de antecedente illatōis: vera est simpl̄r. Si autē de
antecedente subiectionis / intelligatur ex conditione veritatē habebit.
vt pote si qua p̄positio antecedens habuerit.

Tertia regula. Si aliqua p̄na bona et formalis fuerit: et
nō est possibile q̄ antecedens sit verū: nisi
p̄ns illius p̄ne sit p̄p̄o vera et possibilis in significando: sicut termini
nunc f̄cant. fundatur p̄ns regula in auctoritate Aristotel. ij. priorū.
Et falso vez / ex vero nil nisi vez. Si igit̄ āns esset verū sine p̄nte / tūc ve-
ro sequer̄ falsum / qd̄ est contra Aristotelem in eodē loco. Ratio aut̄
cur ex vero non sequit̄ falsum: qz in omni p̄na bona: opposituz p̄ntis
debet repugnare antecedenti. mō oppositū falsi est verum. et āns etiaz
est verum: vero aut̄ nō repugnat verum. d̄r em̄ p̄no Ethicorū. Omne
verum vero consonat. ¶ Corrolarie sequit̄. ¶ Primo in p̄na bona
nunq̄z ex vero sequit̄ falsum: qz si sicut tunc possibile esset sic esse sicut sig-
nificatur p̄ āns absqz hoc. q̄ ita sit sicut f̄cat per p̄ns: qd̄ est p̄ regulā
¶ Secōdo in p̄na bona: ex falso sequitur veruz: eo q̄ si āns est falsum et
p̄ns veruz: tunc impossibile est sic esse sicut f̄catur p̄ accidēs absqz hoc
q̄ ita sit sicut f̄catur per p̄ns: ōis lapis est aial: homo ē lapis / ergo h̄o
est animal. ¶ Tercio. Ex necessario sequi contingens est impossibile /
cū illud sp̄ est verum: istud aliqū falsum: impossibile aut̄ āns eē veruz
sine p̄nte. ¶ Quarto ex contingenti sequi necessariū est possibile / vt si
homo scribit: deus est. ¶ Quinto. Ex impossibili possibile sequit̄: vt si
h̄o est asinus / h̄o est animal. ¶ Sexta. Ex possibili impossibile nunq̄z
sequit̄ in p̄na bona: stare em̄ antecedens esse verum sine consequente

Quarta regula. Si sint multe p̄ne bone et formales: Et
quando arguitur a primo ad vltimum
argumentū erit bonū: vt si homo est animal: aial est: et si animal est: cor-
pus est: et si corpus est s̄ba est: ergo de p̄no ad vltimū: si h̄o est s̄ba est.
¶ Ad veritatē regule requirūt tres p̄dicionēs. ¶ Prima regula q̄ p̄ns

patet eis cōsequēte sit aīns posterioris cōsequēte sine quibus additiōe vel
 depositiōe: ideo nō valet arguere: respondēs ē hō: ergo respōdēs est hō
 vel respondēs est asin⁹: vltra respondēs est hō vel respōdēs est asinus
 s̄ r̄ns non est hō: ergo r̄ns est asinus: tenet p̄sia a tota disiūctiua cū de
 structiōe vnius partis ad alterā eius partē. Tūc vltra a primo ad vltimū:
 respondēs est hō: ergo r̄ns est asinus: nō valet. Cum plus ē aīns
 scōe p̄ntie: quā fuit p̄sequēs prime cōsequētie. ¶ Secūda regula: q̄ ter
 mini in p̄pōib⁹ bis positi p̄formiter ⁊ vniuoce capiānt: ergo nō va
 let arguere: asini sunt episcopi: ⁊ episcopi sunt sacerdotes: ⁊ sacerdotes
 possunt cantare missam: ergo asini possunt cantare missam. ¶ Ter
 tia regula: q̄ cōsequētie intermedie sint bone ⁊ formales: ideo nō sequi
 tur: si nullum tēpus est: dies nō est: ⁊ si dies nō est: nox est: ⁊ si nox est: ḡ
 aliqd̄ tēpus est: ergo a primo ad vltimū: si nullū tēpus est: aliqd̄ tps̄
 est. Secūda em̄ p̄sequētia nō est formalis: cū ex negatiua nō sequit̄ for
 maliter affirmatiua: etiā quia potest dari tempus mediū inter diem
 ⁊ noctem: ergo non valet.

Quinta regula. A particulari ad suā indefinitā est bona
 cōsequentia: siue affirmatiue: siue negati
 ue arguendo: vt aliquis hō currit: igit̄ homo currit: aliqd̄ aīnal currit
 ergo aīnal currit. ¶ Ab indefinita ad particularē: ⁊ ecōuerso valet
 consequētia intelligit̄ ad suā particularem: quia ab indefinita ad q̄li
 bet particularē nō valet cōsequētia: vnde non sequit̄: hō est spēs: ergo
 quōdam homo est species: q̄a indefinita est vera: particulari existente
 falsa: vnde indefinita ⁊ sua particularis sunt p̄pōes p̄stitute ex p̄simis
 libus terminis eodē mō captis quo ad p̄prietates logicales. ¶ De
 eisdem extremis: vnde non sequit̄ fm̄ hanc regulā. Om̄nes apostoli dei
 sunt duodecim: ergo q̄dā apl̄i dei sunt duodecim. Cum in prima om
 nes apostoli dei est subiectū: in altera vero nō quare nō sunt de eis de
 extremis. ¶ Eodē modo supponētibus: ergo nō valet sic arguere: aī
 mal est gen⁹: ergo quoddā aīnal est gen⁹. In prima em̄ subiectū suppo
 nit materialiter vel simpliciter. In secūda vero personaliter. ¶ Restri
 ctionē ⁊ alias p̄prietates logicales nō variādo: vnde nō valet fm̄ re
 gulam: hō currit: ergo aliqs̄ homo currit: eo q̄ variat̄ restrictio: nā in
 antecedente hō capitur irrestrictē tam p̄ viris q̄ pro mulieribus: in
 consequente vero pro viris tantum.

Sexta regula. In om̄i bona cōsequētia ⁊ formali: ex oppo
 sito cōtradictorio consequētis: sequit̄ oppo
 sitū p̄radictoriū antecedētis: sed nō ecōuerso: vt bene sequit̄ hō currit:
 ergo aīnal currit. Sic vltra sequit̄: nullū aīnal currit: ergo nullus ho
 2

mo currit. **R**ō regule: qz ad destructōez supioris sequit destructio in-
ferioris. licet nō est econtra: s; p̄ns h; se vt superius ad aīcedens: ergo
qd destructōem p̄ntis sequit destructio antecedētis econtra aut: sicut
ad positionem inferioris sequitur positio supioris. ita ad positionem
antecedentis sequitur positio consequentis.

Septima regula. Arguēdo ab vniuersali affirmatiua
ad suā singularē nō valet p̄na: vt ois
hō currit: ḡ iste hō currit: qz in casu stat aīns esse vez sine p̄nte.

Sine cōstantia / qz cū constantia bñ valet: vt bñ sequit
ois hō est animal. ⁊ iste hō est. igitur / iste hō est animal

Regula i-
telligitur.

f ormalr
qz materi
aliter i du
ob valet
casibus.

Prīmus casus / cum v̄lis affirmatiua
impossibilis fuerit: tūc ad ei^o singularē
est bona p̄na. eo qd ad ipossibile sequi-
tur qdlibet / vt ois hō est asinus. ergo
iste homo est asinus.

Secōs casus. Quā aīns est necessariū vñ
bñ sequit. ois deus est: ergo iste de^o est.

Octaua regula. Arguēdo ab inferiori ad superius est
bona p̄na. vt fortes currit: ergo hō cur-

rit. hō currit. ergo aīal currit. **R**ō regule qz supius ⁊ inferi^o sunt idem
scdm rem. ⁊ supius actu ⁊ intellectu includit in suo inferiori. **I**do qd
quid realiter dicitur de inferiori. etiā dicitur de superiori. **¶** Aliquid est supius
aut inferius tribus modis. **¶** Prīo situ ⁊ loco. Sicut pinnaculus est
superi^o respectu pavimēto ⁊ de tali superiori ⁊ inferiori nō intelligit re-
gula. vt nō sequit / tu es in camera: ergo tu es supra tectū. Alio mō dig-
nitate: quō impator est supior rege: ⁊ papa cardinalibus. ⁊ de tali silr
non intelligitur. vt tu es baccalaurius: ergo tu es magister. **¶** Tercio
scdm causatōes. ⁊ sic deus dicitur superior qui vniuersa causauit. ⁊ de tali
itidem nō intelligitur. his tribus modis aliquid dicitur superius realiter.
¶ Quarto cōitate ⁊ predicatione. ⁊ sic cōiora ⁊ magis v̄lia dicuntur su-
periora in ordine ad minus cōia ⁊ minus v̄lia: ⁊ de tali inferiori ⁊ su-
periori intelligenda est regula / ⁊ hoc est supius. **¶** Notandū superi^o
logicale est: a quo nō cōuertit s̄sistenti p̄na. i. quod inferit ex aliq̄ i p̄na
bona / sed ex ipō in bona p̄na non pōt inferri illud qd ex ipō inferit: vt
animal est superius ad hōiem. Sequit em̄ bñ hō currit: ergo aīal cur-
rit. Sed ecōuerso nō sequit: aīal currit. ergo hō currit: qz aīcedēs pōt
esse verū sine p̄nte. vñ quicūq; fuerit duo termini qz alter alter inferit i
p̄na bona. Sic q̄ ille q̄ inferit non pōt inferre ecōuerso aliū in p̄na bo-
na: sic q̄ ad ille q̄ inferit dicitur superior: ⁊ q̄ inferit dicitur inferior: vt p̄t de istis

terminis hō animal. ¶ Superius est duplex. ¶ In cōsequēdo tñ. Est qđ sequitur ad alter in pñā bona/nō tñ pōdicatur de ipō/nec fecit ipsum quō vnitas est superius ad binariū. Sequit̄ em̄ bñ: binari⁹ est: ergo vnitas est ⁊ nō ecōuerso. Similiter itaqz oīs terminus fecans numerū maiorem. ¶ In psequēdo ad terminū fecantē numerū maiorem. ¶ In fecando tñ. Est qđ includit fecatū alterius ⁊ amplius nō tamen pōdicat̄ de eo. vt iste terminus genus ad gñal. fecat em̄ animal ⁊ cum hoc plura. vt sbam/quantitatē/qualitatē ⁊c. Non tñ sequit̄ in pñā bona ⁊ formali ad animal. vt non sequit̄ animal est/igitur genus est. ¶ In cōsequēdo ⁊ pōdicando simul. Est qđ sequit̄ ad alter in pñā bona ⁊ pōdicatur de eo vere essentialiter ⁊ vniuersaliter ⁊ directe/hoc modo animal est superius ad hominem. ¶ Ab inferiori ad superius valet arguere. ¶ Affirmatiue. Cū negatiue arguendo pñā nō valet/vt equus nō est animal. ¶ Sine distributōe/qz cum distributōe non valet/vñ nō sequitur. oīs hō currit: ergo omne animal currit. ¶ Sine dictōe includente negationē. vñ nō sequit̄/deus est contingenter creans. ergo de⁹ est cōtingenter aliquid. qz cōtingenter includit negatōem/ista em̄ de⁹ est cōtingenter aliquid. videlicet tñ deus pōt esse aliquid: ⁊ deus non pōt esse aliquid. ¶ In suppone psonali/qz in suppone materiali non valet. vt iohes est pprie qualitatis. ergo homo est pprie qualitatis. ¶ Dūmodo superius ⁊ inferius sint totalia extrema/ergo non sequit̄ plato desiderat esse ep̄s/ergo desiderat esse sacerdos. ¶ Arguēdo ab inferiori ad superius. Notande sunt quattuor regule. ¶ Prima/arguendo a superiori ad inferi⁹ affirmatiue ⁊ distributiue cū cōstantia inferioris est bona cōsequētia/vt sequitur bene: oīs homo currit/ ⁊ petr⁹ est: ergo petrus currit. ¶ Secunda regula. Arguendo a superiori negato ad inferius negatum est bona cōsequētia/vt nullus homo currit ergo petrus nō currit. ¶ Tercia regula: Arguendo ab inferiori ad superius affirmatiue ⁊ sine distributione ⁊ sine dictōe includente negationem est bona pñā. vt hō currit: ergo animal currit. ¶ Quarta regula arguendo ab inferiori ad superius negatiue negatōe postposita inferiori ⁊ superiori cum constantia inferioris/est bona cōsequētia/vt petrus nō currit. ⁊ petrus est hō: ergo homo non currit.

Nona regula. Ab exclusiua affirmatiua que expōitur copulatiue ad eius preiacentem est bona cōsequētia: vt tñ homo currit ergo homo currit.

Decima regula. Ab exclusiua ad vtrāqz eius exponentē est bona pñā: ⁊ ecōuerso: vt tñ hō currit igitur hō currit/ ⁊ nihil aliud ab homine currit.

Undecima regula. Ab exclusiua affirmatiua q̄ exponit
gr̄a alicuius ad ei⁹ vlem in terminis
transpositis est bona p̄na: ⁊ ecduerso: vt tm̄ hō currit: ergo oē currens
est homo. ¶ Dicit̄ in regula ab exclusiua affirmatiua: qz ab exclusiua
negatiua nō valet: vt nō sequit̄: nō tm̄ hō est aial: ergo nullū al hō est.
qz añs est ver⁹: ⁊ p̄ns falsum: q̄ exponit̄ gr̄a alicuius: qz ab ea q̄ expōit̄
gr̄a pluralitatis non valet vt non sequitur: tm̄ quinqz sunt vlia: ergo
oia vlis sunt quinqz. In terminis tr̄aspositis qz si termini non trans-
ponunt̄ nō valet p̄na: vt nō sequitur: tm̄ hō currit ergo omnis homo
currit: eo q̄ arguitur a non distributo ad distributum.

Duodecima regula. Ab exceptiua negatiua ad exclusiua
affirmatiua est bona p̄na: vt bñ seq̄
tur / nullū ens p̄ter hōiem currit: ergo tm̄ hō currit: ⁊ requirit̄ ad hoc /
vt terminus extra captus sit subiectū exclusiue ⁊ principale subiectum
exceptiue seu terminus a q̄ sit exceptio. Silt̄ principale p̄dicatū excep-
tiuū ambo ponant̄ in exclusiua a pte p̄dicati / vt nullus hō p̄ter socra-
tem currit: ergo tm̄ socrates est hō currens: quare hic nō sequit̄: nullus
hō p̄ter socratē currit: ergo tm̄ socrates currit: ponēdo casus q̄ equus
vnus etiam currat.

Tredecima regula. Ab exceptiua affirmatiua ad exclu-
siua negatiua est bona p̄na: vt oē ens preter deū est creatura: ergo tm̄
deus non est creatura. Et intelligenda est regula ista vt precedens.

Quartadecima regula. Arguēdo ab exclusiua af-
firmatiua ad exceptiua ne-
gatiua: ⁊ ab exclusiua negatiua ad exceptiua affirmatiua est bōa p̄na
exm̄ primi: nā bñ sequit̄: tm̄ hō est risibilis: ergo nihil p̄ter hoies est ris-
sibile. exm̄ scdi / tm̄ socrates nō currit: ergo oē ens p̄ter socratē currit

¶ Regula intelligit̄ de exclusiuis. ¶ P̄rio: in q̄ signū exclusiui tene-
tur gr̄a alicuius: qz tenendo signū gr̄a pluralitatis nō valet: vn̄ nō se-
quitur: tm̄ octo sunt p̄tesoiois: ergo nihil p̄ter octo sūt p̄tesoiones:
p̄ns falsum: qz nomē ⁊ verbū sunt preter octo. qz due ⁊ sunt p̄tesoioes
¶ Secdo. In q̄ signū exclusiui nō negat̄. ⁊ ergo ista non valet / non tm̄
animal nō est hō: ergo nihil preter animal est homo.

Quintadecima regula. Arguēdo a p̄pōe i q̄ p̄dicatū
ponit̄ sine dictōe exclusiua: ad
p̄pōem in q̄ ponit̄ p̄dicatū cū dictōe exclusiua est bona p̄na: vt socra-
tes est hō: ergo socrates est tm̄ hō: ⁊ intelligit̄ regula in p̄dicatis essen-
tialibus: vnde nō sequitur. socrates est baccalauri⁹: ergo socrates est
tm̄ baccalaurius: posito q̄ sit etiam magister.

Sedecima regula. Arguendo ab inducētib⁹ ad indu
anial. plato est aīal. ⁊ sic de singulis: ergo omnis homo est animal.

Decima septima regula. Arguendo a tota copu
latiua ad utrāq; ei⁹ ptes
principalem: est bona pñā: tam diuisim q̄ cōiunctim. exemplū primi/
homo est animal ⁊ deus est / igitur deus est. exemplū scōi: hō est anial
⁊ deus est: ergo homo est animal ⁊ deus est.

¶ Ad tota copulatiua. Affirmatiua / q; a tota copulatiua negatiua ad
utrūq; eius pte diuisim nō valet pñā. Sed ad alterā ei⁹ pte principa
lē: q; ad pte min⁹ principalē nō valet: vt nō sequit̄. respōdens est asin⁹
vel substantia est: ⁊ equus est aīal / ergo respondens est asinus.

Decima octaua regula. Arguendo ab altera par
te copulatiue ad copulati
uā nō valet pñā formaliter: vt socrates currit / ergo socrates currit et
plato disputat. ¶ Materialiter valet in q̄ttuor casibus. Prim⁹ casus
Quā aīas est impossibile / vt bñ sequit̄: hō est asin⁹ / ergo hō est asin⁹ ⁊ de⁹
est. ¶ Scōs casus. Quā ⁊ aīas ⁊ pñis necessariū fuerit / vt deus est: ergo
de⁹ est ⁊ hō est anial. ¶ Tercius si copulatiua ex duab⁹ ptribus cōpo
sita fuerit / quaz vna ad aliā sequit̄ / vt bñ sequit̄: tu es bude. ergo tu es
bude. ⁊ tu es in yngaria. ¶ Quartus casus. Quā copulatiua cōponit̄
ex ptribus vel linonimis vel cōuertibilibus. exm̄ primi. vt leo est anial.
